BOETHIANA

VEL

BOETHII COMMENTARIORUM IN CICERONIS TOPICA EMENDATIONES

EX OCTO CODICIBUS HAUSTAS

ET AUCTAS OBSERVATIONIBUS GRAMMATICIS

COMPOSUIT

DR. THOMAS STANGL.

DISSERTATIO INAUGURALIS MONACENSIS A. MDCCCLXXXII.

PROSTAT GOTHAE
APUD FRIDERICUM ANDREAM PERTHES.

BOETHIANA

VEL

BOETHII COMMENTARIORUM IN CICERONIS TOPICA EMENDATIONES

EX OCTO CODICIBUS HAUSTAS

ET AUCTAS OBSERVATIONIBUS GRAMMATICIS

COMPOSUIT

DR. THOMAS STANGL.

DISSERTATIO INAUGURALIS MONACENSIS A. MDCCCLXXXII.

PROSTAT GOTHAE
APUD FRIDERICUM ANDREAM PERTHES.

MANIBUS

C A R O L I H A L M

S.

Continentur hoc libello:

Prooemium.

Libri Tulliani qualia fata habuerint si animo percurres, quae ipse quidem Cicero composuit certatim et a praestantissimo quoque grammatico invenies edita, raro et sine ea qua par erat cura ac diligentia illa, quae superiorum temporum homines docti Ciceronem interpretando commentandoque conscripserunt. Quamquam qui renatis quasi veterum scriptorum studiis vigebant saeculo XV. et XVI. homines plus in eo genere consumpserunt otii studiique quam hi recentiores. Sed tamen illi malebant aut proprias et angustiores quasdam meditationes scribere cum in alios Ciceronis libros tum in Topica, quibus ipsum explanarent corrigerent refutarent, aut res sectari magis et sententias a Boethio ceterisque propositas quam verba singula religiosius expendere et artis criticae subtiliore quodam fungi munere. Eo ex numero honoris causa appelasse iuvat hominum Italorum Laurentium Vallam, qui, anno tertio fere decimo post Topica Ciceronis Venetiis primum impressa, anno 1485 elegantissima in ea vulgavit commenta, Germanorum Philippum Melanchthona, Bartholomaeum denique Latomum vel Massonium Gallorum.

Neque tamen defuerunt qui priscorum illorum Ciceronis Scholiastarum ipsorum verba recenserent emendarentque. Quid enim? Robertus Stephanus postquam princeps Boethii commentariorum libros sex primum excussit anno 1528, nonne tanto inflammati sunt viri docti harum litterarum ardore atque studio, ut eis qui insecuti sunt annis

quinquaginta decies fere iidem iterati sint ac renovati? unde nemini illud mirum potest videri, verba Boethiana (id quod interdum pudeat) satis multa multo verius exhiberi ab illis editoribus quam ab recentioribus, sive Jacobum Paulum Migne voles dicere (Patrol. eccles. curs. vol. LXIV pag. 1039—1173) sive eos qui postremi omnium Ciceronis Scholiastarum editionem adornarunt, Jo. Casp. Orelli et Jo. Ge. Baiter (Cic. opp. ed. I Orelli vol. V pag. 270—388). quae hominum Turicensium cura nisi egregia illa Nicolai Madvig in Asconium inventa adscivisset, superiorum temporum cuivis editioni ne par quidem esset, nedum praestantior.

Jam cum ego, novae horum commentatorum editioni instituendae et ipse aliquid opellae tributurus, rhetores Latinos qui iidem Ciceronis verba interpretati sunt tractatos esse cernerem a Carolo Halm, Scholiastam Gronovianum quem vocant a Gustavo Landgraf, ipsum denique Asconium nuper excussum a Friderico Schoell et Carolo Kiessling, ad Scholia Bobiensia, quorum mihi collationem subministravit non sine diligentia confectam Leo Ziegler, delatus sum et ad Boethii quos supra dixi commentarios. Quorum scriptorum hoc quam illud prius malui inquirere altius, primum quod Boethii litterae cum universae tum hae minime adhuc sunt cultae maximisque eae chartae lectitantibus laborare videntur et aliis vitiis et interpolationibus. accedit quod Boethianorum Scholiorum summa quaedam aderat et in hac nostra urbe et in proximis librorum manu scriptorum copia vetustas dignitas, earundem rerum omnis fere facultas aberat a Bobiensibus.

His igitur aliisque ex causis qui infra describuntur codices a nobis primis excussi sunt:

M¹ = Codex Latinus Monacensis 14272, olim Ratisbonensis Sct. Emerami C 91, membr. miscell. in 2⁰ min. s. X et XI. 192 fol. Boethii commentarii, saec. X exeunte scripti, leguntur in fol. 94ᵃ—128ᵇ.

M² = Codex Latinus Monacensis 6362, quondam Frisingensis 162, membr. in 2⁰. s. XI. 90 fol. Boethius exaratus est in fol. 1ᵃ—34ᵇ. folia a conglutinatore ita sunt tur-

bata, ut ex eo qui nunc est ordine fol. 25^a—26^b transferenda sint post 34^b, 27^a vero excipiat 24^b.

M^3 = Codex Latinus Monacensis 6367, olim Frisingensis 167, membr. miscell. in 4⁰. s. XII. 105 fol. Extant Boethii verba in fol. 26^b—82^b.

M^4 = Codex Latinus Monacensis, olim Ratisbonensis Sct. Emerami D 97, membr. in 2⁰ min. s. XI. 193 fol. Continentur haec commenta fol. 26^a—93^b.

M^5 = Codex Latinus Monacensis 6341, olim Frisingensis 141, membr. in 4⁰. s. XII. 139 fol. Legitur Boethius in fol. 61^b—139^a.

B^1 = Codex Bambergensis 336 s. X (M. IV. 1.) membr. in fol. mai. 42 fol., quorum 1^a—37^a continent Boethium.

B^2 = Codex Bambergensis 337 s. XII (M. V. 13.) membr. in 4⁰. s. XII (non s. XI, ut mavult Jaeck), 176 fol. Boethii commentarios referunt 21^b—175^b.

E = Codex Einsiedlensis 324 s. XII membr. in 8⁰. 121 fol. Exarata fert hic liber Boethii versionem Aristotelis praedicamentorum, qua de versione ab omnibus quae eduntur mirum quantum diversa alias dicendum erit uberius; deinceps eiusdem versionem Aristotelis Peri erminias (περὶ ἑρμηνείας), collatam a Carolo Meiser; tum Ciceronis Topica Boethiique in eadem commentarios.

Ac de ipsius Tullii Topicis ex his ipsis codicibus corrigendis disputavi in eo libello cui inscripsi: Textkritische Bemerkungen zu Ciceros rhetorischen Schriften, qui et separatim prodiit et insertus est fasc. 6 et 7 vol. 18 diarii quod est Blätter f. d. bayer. Gymnasialschulwesen. hae studiorum meorum primitiae in ‘Philol. Rundschau II. Jahrgang Nr. 40’ pag. 1265 sqq. existimatorem nuper habuerunt C. Th. Adler, hominem et rei praeter ceteros peritum et iustum atque aequum. Cuius de quibusdam Topicorum locis iudicium quoniam mihi probatur minus, sine ira breviterque respondendum puto.

Extant praeterea horum Boethii commentariorum libri manu scripti alii Basileae, Parisiis, Venetiae, apud Sct. Gal-

lum Helvetiorum, quorum lectiones quasdam plerumque malas notat Baiterus in apparatu suo critico, alii in bibliotheca Bernensi, Laurentiana, Vaticana, de quibus plura invenies in illarum bibliothecarum catalogis. Italos quidem libros, certe vetustissimum quemque, mox in Italiam, quoniam sic placuit Serenissimi Bavariae Regis summae liberalitati ac munificentiae, profecturus de nondum sanatis locis et lacunosis inspiciam, totos non excutiam, quandoquidem et mei libri verba scriptoris tam fideliter tradunt ut his meliores me inventurum esse desperem et huius aetatis homines didicimus minus codicum multitudine niti quam dignitate, quam nostro iudicio.

Postquam et quos ipsi in lucem protraximus codices et qui alii in bibliothecis ac tenebris lateant breviter exposuimus, eorundem iam genera quaedam discribemus. Igitur, quoniam illud sibi Boethium proposuisse accepimus, ut Ciceronis Topica tota non partem septem commentariorum libris explanaret, integrorum codicum, qui omnia haec commenta servent, adhuc ne unum quidem exemplum innotuit; mutilorum genera perhibentur duo. alterum est eorum, qui continent Boethii expositionem Ciceronis Topicorum a § 1 usque ad § 77 (per exta inventa praesensio). eius ordinis solus notus est codex Parisinus Regius n. 7711 saec. XII., cuius particula ea qua ceteros libros superat a C. B. Hasio primum exscripta est et inserta editioni Baiteri pag. 390—395. hunc libellum, sive ipse Boethius conscripsit sive mediae aetatis homo theologiae studiosus, compluribus vitiis foedatum et ab illis viris doctis minus recte constitutum commentariolo extremae huic disputationi subiecto emendare conabimur, alteri mancorum codicum ordini, id est ei qui non solum septimo libro toto et sexti expositione inde a § 78 caret sed etiam fragmento illo, omnes adscribi oportet codices quos vel ipsi excussimus vel superiorum temporum grammatici in suas editiones converterunt.

Jam libros a nobis inspectos omnes (= O) ex uno eodemque codice archetypo profectos esse inde apparet

quod ferunt copiam satis magnam eorundem mendorum, **lacunarum, interpolationum.**

ex primo genere est quod 271,23 ed. Baiter. O habent intenditur pro intendit; 271,28 a quarum inscriptione (ex 271,39) pro a quarum scriptione; 276,6 elenchis pro elenchi; 285,37* nihil sibi haereat pro nihil sibi inhaereat; 293,36* descripsit, non discripsit; 319,41* quae opiniones sensibus subministrant, non quae opinioni sensus subministrant; 322,9 libripensis qui, non libripens is qui; 331,10 species totum dividit atque dispertit (ex 331,9), non species genus dividit atque dispertit; 335,3* respondebo leviter, non respondebo breviter; 337,17* qui non deditus pro qui deditus; 347,7 definitio providenda est, non definitio prodenda est; 368,26 agat aliquid ac moveatur, non agat aliquid ac moveat; 372,41 quae mala ratio est, non quae malum ratio est; 380,27* imitentur ut faciant, non imitentur et faciant; 323,40 positarum, non posita; 375,15 perturbationes (ex 375,13) non perturbati. horum vitiorum emendationes eae quas stellula apposita distinximus infra suo quaeque loco argumentis firmabuntur, ceterae superiorum editorum curae debentur.

lacunae vero communes deteguntur 280,9 et 387,14; atque illic O exhibent: aliae singulares aliquid atque individuum continentes, Orellius bene restituit: aliae singulares, singulare aliquid atque individuum continentes (cf. etiam Comment. in libros Aristotelis περί ἑρμηνείας editionem secundam pag. 141,13. 322,1. 5. edit. Meiser.); hic ego codicum lectionem quae est: Ingenium naturae potius oportuit tribui, artem atque usum tertium quiddam, quoniam neque tempori neque naturae subiciuntur . . . ita claudicare statuo, ut poni vel simile quoddam verbum ante quoniam excidisse arbitrer.

neque desunt interpolationes, velut legitur in O 281,6 et ut vel ut et, quod utrumque ortum est ex $\overset{ut}{et}$ codicis archetypi; 288,37 Quoniam faciendi liberi tres sunt partes (ex 289,4. 22.) pro Faciendi liberi tres sunt partes.

Vides igitur ne id quidem exemplum unde hi codices omnes transscripti sunt vacasse erroribus et cavere debere

criticum ne librariorum erroribus sive fortuitis sive meditatis malit indulgere quam sua usus ratione unius cuiusque loci sententiam inquirat ad eamque librorum errata corrigat.

Sed libri nostri, etsi nullus ex eodem tamquam fonte non fluxit, omnes tamen neque eiusdem aetatis aut librarii neque dignitatis videntur, interceditque ea singulis ratio exemplis, ut M^1 B^1 E B^2 M^4 M^5 ex uno (= A), M^2 M^3 ex altero (= A^1) codicis archetypi (= α) exemplo manaverint, hi ipsi codices quasi medii A et A^1, prior emendatius, corruptius posterior archetypum referant. inde haec codicum originis discriptio nascitur:

α

A | A^1

M^1 B^1 E | B^2 M^4 M^5 | M^2 M^3

Atque ut M^2 M^3 ex pari exemplo et eo quod cum ceteris discrepet ductos esse tibi persuadeas: exhibent ipsi non contemnendam vim additamentorum, corruptelarum, aliorum vitiorum, notarum denique marginalium quae a priore codicum genere absunt.

additamenta quidem haec fere inveniuntur; fert enim 272,23 A mentes aliorum, A^1 mentes auditorum aliorum (ex 271,33 fortasse adscitum); 276,27 A inerme et tacitum, A^1 inermeque et tacitum; 279,24 A Omnis homo, A^1 Omnis igitur homo; 282,11 A argumentatio sententia, A^1 argumentatio. dicetur. sententia; (sic!); 290,30 A est rei, A^1 est eiusdem rei; 293,39 A ut a, A^1 ita ut a; 299,39 A propositio, A^1 propositio est; 307,1 A dispicioque, A^1 diligenter dispicioque; 311,9 A versantur. horum, A^1 versantur et horum; 321,42 A possunt-dominium aut mancipi sunt, A^1 possunt-dominium possunt aut mancipi sunt dictae; 323,28 A id, A^1 id genus; 332,40 A formas. nullam, A^1 formas. formam nullam; 337,4/5 A Nam quia — is qui, A^1 Nam qui — is est qui; 337,16 A deditum, A^1 deditum esse; 338,$3^3/_4$ A manu alia, A^1 manu nocens alia; 350,28 A legatum, A^1 legatum argentum; 356,10 A adsumptione, A^1 adsumptione et; 375,16 A evenit, A^1 hinc evenit; 380,32 A salus, A^1 salus quae.

Accedit quod $M^2 M^3$, id quod clarius intellegetur ex ea quae de singulis locis subiungetur disputatione critica, easdem plerumque exhibent verborum corruptelas, velut praestat A 341,22 herede defungi, A^1 herede fungi; 347,36. 39. 48. A opponebatur — respondebatur — conabatur, A^1 opponitur — respondetur — conatur; 351,41 A si conditio cesset (vel: non esset), A^1 si conditio esset; 371,32 A natura atque ratio, A^1 natura atque ars (ex 371,18 vel 34).

Tum A^1 336,44 solus omittit ponitur.

Quartum est quod marginales quasdam notas habet A^1, caret eisdem A, velut 276,43 siglo supra 'melius' et in margine posito notatur: Quod hic deest invenies in prologo sexti libri. 279,41 M^2 habet in contextu: Omnis homo substantia est, idem in margine prima manu adscripsit: Omne animal substantia est; contra M^3 in contextu prima manu: Omnis homo substantia est; denique 376,16 in A^1, nota verbis quae sunt 'In argumentis' superposita, haec huc referuntur in margine adscripta: Ab hoc loco usque Sumpsit igitur orationem ut genus (377,17) deest in primo libro; Invidiae pestis tulit omnia commoda nobis, et infra 377,17 'huc usque' item occurrit in margine utriusque codicis.

Extremum ponam illud, de quo post fusius dicetur, uno excepto loco neutrum horum codicum aut inscriptionem prae se ferre aut subscriptionem. Sed tamen A^1, quamvis multis librarii sui vitiis foedatus sit, tamen etiam virtutibus quibusdam propriis excellit. quis est enim qui neget $M^2 M^3$ solos recte praestare 274,1 generis pro generum, 296,39 neque idem sint pro neque enim idem sunt, 297,38 diduci, 40 diducitur pro deduci deducitur, 319,20 sua quae insit pro sua cuique insit, 358,20 invenire pro inveniri, 372,4 solaris defectus lunarisve pro solaris defectus et lunaris; quis eosdem recte servare 326,16 Haec vocatur ὑπογραφική.? 271,13 ita rebus est minimis immoratus, 314,46 et repugnat … quo iure legantur in $M^2 M^3$ nunc in medio relinquam.

Inde cerni licet haud sane male illud evenisse quod ex archetypo librorum non unum idemque codicum genus ortum sit, sed duo et a se distantia.

Ceterum si quis in tot tantarumque rerum summa similitudine atque communitate, qualem esse videmus libro M^3 cum M^2, velit codicem M^3 recentiorem codici M^2 paululum velustiori non fratris esse loco minoris sed filii, errare putandus est. Occurrunt enim pleraque et falsa et recta in minore illo M^3, quae eadem absunt ab M^2 quamvis maiore, quae librarius M^3 non poterat addere nisi aut ex archetypi amborum codicum notis vel marginalibus vel interlinearibus aut etiam de suo ingenio.

Quale est quod 286,44 M^2 habet provintia, M^3 provinciae; 316,18 M^2 late longeque diverso, M^3 longe longeque diverso; 349,17 M^2 longe longeque diversus, M^3 longe lateque diversus; 370,13 M^2 Itaque sic, M^3 Itaque; 372,20 M^2 scaevae, M^3 saevae; 376,14 M^2 Ratione quidem repperiri quid potest, M^3 ratio quidem potest reperire; 381,18 M^2 quia maxime desiderantur et sine his, M^3 quia quae maxime desiderantur et sine his.

Praeter has lectionum discrepantias, quarum ampliorem numerum hic congerere longum est, illud etiam memoratu dignum puto, quod M^3 liber recentior singularem quandam subscriptionem, de qua paulo post dicetur, exhibet, eandem ignorat codex vetustior M^2.

Postquam duo codicum nostrorum genera esse demonstravimus et unum illud duo libros complectens quali et cum archetypo exemplo et cum altero genere societate tamquam vinculo teneretur breviter exposuimus, iam ad alterum genus, quod sex codicibus efficitur, nos convertamus.

Omnes fere hi libri pulchre exarati sunt, M^1 nitide, M^1 B^1 vero etiam diligenter.

Pessimae notae est codex M^5, qui solus tam multa abiecit adiecit inmutavit atque invertit, ut, praeter perpaucas lectiones quae vere sunt egregiae et ceteris libris potiores, in novae editionis apparatum criticum selectae tantum eius sordes recipiendae videantur. Paulum hinc differt codex M^4.

Antecedit utrumque liber E, qui tamen 276,25 tacite. 286,6 utriusque. 293,29 causae. 303,17 patris. 312,2 differentias. 332,2 reptile. 351,33 sit. 386,5 profutura., multos denique alios locos unus omnium pervertit, ita ut Baiter eum et in

prooemio pag. 269 inmerito laudibus extulerit et totius suae editionis fundamentum quoddam sine causa posuerit.

Probae mediocritates laude ornantur B¹ et B², uterque praecellens eo quod hunc vel illum locum unus intactum tradidit, velut B² 328,22 his verbis. hac sententia; 335,39 hae vero.

Restat M¹ codex, qui quamvis reliquis fidelius reddat universam Boethii orationem nullo tamen vitiorum genere qualia in libris manu scriptis deprehendi solent vacat.

Nec tamen finem imponemus angustae huic codicum recensioni quin illud moneamus, B² M⁵ praecipue libros ita ex priore recensione A petitos esse ut A¹ quoque alterius nonnullas quasdam lectiones adsumpserint. Velut B² stat ab A¹ 358,20. 362,33. 364,7. 371,22; B² et M⁵ 304,12. 336,11. 352,6. Quae res, sive fortuna casuque accidit, sive, id quod non pugnat cum aetate illorum codicum, librariorum consilio effecta est, quoniam in levioribus libris parvi momenti videtur, non amplius hic nos morabitur.

Dictum est de librorum manu scriptorum ratione et auctoritate; iam eas res quae ad speciem eorum atque formam pertinent subtilius persequamur.

Extat igitur in codicibus M¹ B¹ E M³ adiuncta exeunti libro quarto eisdemque exarata quibus cetera litteris haec subscriptio: Conditor operis emendavi.; extat item in uno omnium librorum eodemque vetustissimo B¹ subscriptum extremo libro quinto: Conditor operis emendavi II. Alterum vertendum esse censeo Verfasser des Werkes habe ich es durchgesehen, alterum V. d. W. habe ich es wiederholt (II. = iterum) durchgesehen.

condere res, carmen, similia et conditor legum, historiae, sacrarum opinionum, anni Romani et priscis scriptoribus et recentioribus non solum vinctae orationis sed etiam liberae dicitur neque ipse Boethius aut hoc ignorat aut illud (vide Friedlein 10,12. 12,16. Meiser II 230,10. 15. Anecdoton Holderi ed. H. Usener 4,16 ubi dicitur Boethius condidisse et carmen bucolicum). emendavi vero vel emendavi iterum idem significat quod legi perlegi relegi

contuli percontuli correxi recognovi recensui rursus emendavi. nam haec sive singula pones sive plura iunges omnia idem valent, scilicet ut ipse auctor operis vel librarius vel quicunque is est qui nomen subscripserit novam se eorum librorum recensionem instituisse profiteatur, omniaque mutuo solent occurrere legentibus codicum Latinorum subscriptiones, quas permultas congesserunt et disposuerunt O. Jahn in Actis societ. reg. Saxon. class. philol. — histor. a. 1851. vol. III pag. 327—372., Fr. Chr. Haase in ind. schol. in univ. litt. Vratislav. per hiemem a. 1860 hab., Aug. Reifferscheid in ind. schol. in univ. litt. Vratislav. per hiemem a. 1872 hab.

Atque Augustus quidem Reifferscheid in commentariolo suo elegantissimo non solum princeps monuit illud Conditor operis emendavi exhibere subscriptionem Boethii commentariorum in Ciceronis Topica libri quarti codicem Reginensem 1649 sacc. XII., libri quinti codicem Vaticanum 567 saec. XII., sed etiam quae huius formulae vis esset constituit adlata eiusdem Boethii subscriptione quae est in codice Laurentiano XXIX. 20. in libris B. de arithmetica: Severinus Boetius vir clarissimus inlustris ex cons. ord. patricius legi opusculum meum.

Igitur exploratum habemus Boethium alteram cum aliorum scriptorum recensionem confecisse tum horum commentorum idque sua manu in exemplo archetypo secundo notasse, ut ii qui codicis archetypi prioris minusque fortasse diligenter exarati exempla possiderent tollendi vitia certam quandam regulam ac legem haberent. eum recognoscendi morem illis temporibus vel maxime viguisse cum Jahn in eo quem supra laudavi libro plerisque subscriptionibus docet tum Reifferscheid in Bibliotheca patrum Latinorum Itala, in vol. II pag. 140, ubi ex codice Taurinensi olim Bobiensi exscribitur clausula qua finitur expositum Q. Julii Hilariani de die paschae: 'iam finem hic faciamus nostro sermoni: consummavimusque hoc laboriosum opus in die isto III nonarum Martiarum post consulatum Arcadii IV et Honorii III. quapropter admonemus eos qui ante a

nobis non emendata haec scripta accipere festinaverunt, ut secundum istum ordinem emendatum opus habere conentur: ideoque et diem et consules quod non posuimus primo nunc huic rationi [or.?] infiximus ut exhinc sciat quis emendatum hoc esse opus. Q. Julius Hilarianus explicuit: emendavit die III nonarum Martiarum Caesario et Attico consulibus.

Redeo ad nostros codices in quibus illud fortasse mirum videbitur, quod neque ullus omnium codicum aut in libro primo vel postremo exeunte talem subscriptionem exhibet aut in sex vel potius, quoniam sexti pars tantum servatur, in quinque libris omnibus, neque B[1], qui codex unus duorum librorum sese excipientium subscriptiones praestat, easdem prorsus praestat sed siglo II. differentes. at enim non ipse conditor operis, non librarii posteriorum temporum, ut quorum bona pars illas subscriptiones aut turbarent ac miscerent aut abicerent, illud agebant ut vel omnibus totius corporis partibus vel primis ac postremis libris una eademque verba subscriberent (vide Jahn l. l. pag. 328), id quod luculente firmatur cum aliis similitudinibus tum Bobiensi palimpsesto Frontonis epistularum (cf. Jahn l. l. pag. 360), ubi subscribitur libro t e r t i o: Caecilius saepe rogatus [an: Caecilius Aper togatus?) legi emendavi, q u a r t o: legi emendavi qui supra, q u i n t o: emendavi, s e c u n d o: recognovi.

Est igitur summa omnis huius disputationis, ut quales subscriptiones supra posuimus statuamus ipso a Boethio additas exempli archetypi alterius sive septem sive paucioribus libris a librariis utriusque codicum generis diligentioribus quamvis paucas transscriptas, a neglegentibus esse omissas, ita ut neutra res ad ipsam codicum dignitatem quicquam valere putanda sit.

N u n c s e p a r a t i m p a u c a d i s s e r a m d e M[1], cuius codicis proprium quiddam est illud, quod non solum in singularum paginarum margine et summo et imo sed etiam in uno quoque commentario extremo ordines quidam litterarum occurrunt quales sunt: i n d n i x f d o, f n d b i f d g r a, f g d p ˥ f ˥ f f i f f a, similia. quae litterae cum neque coniunctae nec quovis modo discriptae efficiant verba Latina ullamve

sententiam, et alii homines docti inque hoc siglorum genere explicando versatissimi diu multumque rem inquisiverunt et ipse deliberavi iterum atque iterum, cum tandem inde oblata est lux, quod in primo libro extremo scripta repperi haec: I | huius primi libri termino | domino | dō gras | am̃ | . f., itemque in sexto libro ultimo: Regnum tuum solidum permanebit dñe in v̄ x pe rex virtutum cū ſcō ſpū in gla dī patris in scla seclor am̃ sēp. quae cum legissem ne superiora quidem illa dubitavi ad pietatem monachi librarii referre deique venerationem perpetuam, cui ille inserviens foliorum codicis numerum numero quadruplice divinarum laudum insigniret determinaretque eisdem singulos libros extremos. inde sigla i n d n i x f d o intellegi velim: in nomine Domini nostri Jesu Christi filii Dei omnipotentis; ſ n d b i ſ d gra vero: ſit nomen Domini benedictum in sempiternum. Deo gratias; ad extremum: ſ g d p ⁊ f ⁊ ſ ſ i ſ ſ a interpretor: sit gloria Deo patri et filio et spiritui sancto in saecula saeculorum. amen.

Facere non possum quin mirum quoddam exordium huic disputationi subiungam, quod B[1], quem codicem antiquissimum duabus subscriptionibus supra ceteris praestare diximus, commentis Boethii praeposuit. est autem hoc:

Anitii. Manlii. Severini. Boetii. Viri. clari et illustris Consularis ordinarii ad Symmachum. Socerum et patricium. commentum in topica. M. Tullii Ciceronis De Rethorica arte et de altera inventione. et differentiarum causis et argumentis omnium rerum naturalium.

Incipientes quamcumque rem scribere. antequam scribamus eam commendare debemus ut Virgilius. [Georg. IV, 2] ammiranda tibi levium spectacula rerum. Sed errant qui hoc dicunt. Non enim laus in isto principio sed diffinitio continetur. Orator quippe ea quae sibi gravia sunt aut curare [sic B[1], lege: ‚sunt purgare‘ ut paulo infra] debebit. ut in domo sua. Caput illud videtur esse commune. Sed vide quem ad modum facit illud spectaculum. cum multa

divinitus pontifices a maioribus nostris inventa sunt. Poterat hoc et clodius dicere. Clodius enim solo religionis incertabat. Cicero iure publico. quia nec poterant pontifices contra religionem ferre sententiam. Res enim consecrata fuerat. et clodius religionis iure pugnabat. videamus quo modo illud solvit. bene inquid maiores nostri. quos [sic B[1], lege: quod] non solum de iure religionis sed et de iure publice [sic B[1], restitue: publico] iudices instituerunt.

Vitam [sic B[1], emenda: ut tam] vobis ius publicum quam ius religionis tuendum sit. et cum eos dicit iure de publico iudicare. illud estimandum relinquat. sine causa clodium conservationis [B[1], scribe consecrationis] iure pugnare. quod ad pontifices pertinet. cum illi etiam hoc iudicaturi sint. utrum debere [B[1]; an: debuerit?] consecrare quod pertinet ad ius publicum. Modo ergo tullius scripturus de arte rethorica quae sunt gravia necesse habet in principiis purgare. Que [= Quae] sunt igitur gravia sententia platonis et aristolis. [B[1] pro: Aristotelis?]. Plato enim eloquentissimus fere omnium philosophorum dicebat artem rhetoricam sedem esse civilis sententiae partis umbram. [Plat. Gorg. 463 D ἔστι ἡ ῥητορικὴ πολιτικῆς μορίου εἴδωλον. ib. 463 E πῶς λέγεις πολιτικῆς μορίου εἴδωλον εἶναι τὴν ῥητορικήν]; hoc enim asserebat in illo dialogo quem gorgiam vocavit. Quicquid inquit omnis faciunt. non est industria sed natura. [similis sententia, non eadem in Plat. Gorg. 463 B ὀψοποιικὴ δοκεῖ μὲν εἶναι τέχνη, ὡς δὲ ὁ ἐμὸς λόγος, οὐκ ἔστι τέχνη ἀλλ᾽ ἐμπειρία καὶ τριβή. item 465 A]. Anicii. Manlii. Severini Boetii. V. C. et ill ex C S L in Topica Ciceronis commentorum liber I. incipit;

Hoc ego exordium et propter alias causas exscripsi et ut monerem Tullii orationis de domo sua principium quod est: 'Cum multa divinitus, pontifices, a maioribus nostris inventa atque instituta sunt, tum nihil praeclarius quam quod vos eosdem et religionibus deorum immortalium et summae rei publicae praeesse voluerunt, ut amplissimi et clarissimi cives rem publicam bene gerendo religiones, religionum ius [sic C. Halm restituit ex librorum lectione: religionibus]

sapienter interpretando rem publicam conservarent.' tale hunc librarium in suo illius orationis exemplo legisse, Halmius quale divinando constituit, non quale vel celeberrimus ille codex Parisinus 7794 corrupit. nam quod Cicero religionibus religiones religionum ius dicit, hic vero mediae aetatis librarius singulari eiusdem verbi numero numquam non utitur, illud est aureae hoc aereae Latinitatis omnis, non huius librarii unius. Haec si Carolus Rück, familiaris meus, addiderit eis quae ipse in Dissertatione inaugurali Monacensi a. 1881 De M.T.C. oratione de domo sua ad pontifices pag. 15 protulit, Ludovicum Lange, qui nuper, abiecta concinnitate orationis, religionibus sapienter interpretandis emendandum esse censuit, non nominasse videbitur sed refutasse.

Sed de codicibus haec hactenus; iam ad editiones transeamus. atque Baiteri editio, ad quam hi codices excussi sunt, quamvis graves superiorum errores castigaverit, tamen cum ceteris numeris longe perfectior evasisset tum minus multas interpolationes reliquisset, si ille ea quae saeculi XVI. homines elegantiores de his commentariis meditati sunt adsumpsisset religioseque perpendisset. sed magis etiam quam Baiter vituperandus est Migne, qui duodetriginta annis post vel adhinc annos viginti unum Boethii editionis Basileensis alterius, ab Henrico illo Petro a. 1570 institutae, non bonas solum sed etiam malas lectiones receperit, summa abundans codicum Parisinorum et copia et bonitate nihil fere boni ipse novaverit, permultos denique locos cum criticis superioribus et codicibus malis depravare quam Baiteri vel subsidiis vel ingenio sanare maluerit. at enim, qui tu Baiterum sequi eum iubes cui Baiter ne nomine quidem est notus? recte tu quidem; nam Migne si Helvetii illius hominis curam in eis libris collocatam cognosset, non contempturus fuisse videtur, sed adeo agniturus, ut ad verbum exprimeret.

Quae cum ita essent, hoc ipsi nobis proposuimus, ut in novae editionis usum editionem Basileensem a. 1570 (= β), Turicensem a. 1833 (= τ), Parisinam a. 1861

(= π) adhiberemus et non solum quod cuiusque virtutum adhuc lateret proferremus sed etiam vitia maiora vel ex libris manu scriptis vel contra libros tolleremus.

Ea in provincia administranda quales rationes secutus sim melius sane cognoscas si sermonem Boethii definitis quibusdam lineamentis adumbrem. sed neque ipse omnia Boethii scripta percognovi et hos commentarios intellexi satis posse Iemendari ex sua oratione et eis scriptis quae diligentius huius memoriae viri docti ediderunt.

Igitur grato animo usi sumus egregiis illis indicibus quos subiecit Godofredus Friedlein Boethii De institutione arithmetica libris duobus, de institutione musica libris quinque, geometriae quae fertur Boethii uno volumine editis apud Bernardum Teubner a. 1867, quosque addidit Carolus Meiser Boethii commentariorum in librum Aristotelis περὶ ἑρμηνείας parti posteriori, excussae ab eodem Teubner a. 1880. De consolatione libros et capita dogmatica, quae vere Boethii esse abhinc lustrum Anecdoto Holderi edocuit nos Hermannus Usener, quod neque Theodorus Obbarius a. 1843 neque Ricardus Peiper quamvis angusto notarum ad grammatica spectantium indice instruxit vehementer ego doleo ut in eis libris qui non puerorum manibus terantur nec lectitentur cuivis sed in grammaticorum prope solorum usu versentur.

Jam etsi omne Boethii genus dicendi continua disputatione alias me expositurum professus sum, nunc tamen tribus quasi partibus dividi statuo, quarum prima sermonem Ciceronianum imitando exprimat, altera poeticum quendam colorem prae se ferat, tertia communis sit Boethio cum aliis illius aetatis scriptoribus aut etiam propria.

earum partium tertia tam multas similitudines tamque graves habet cum eis quae Africitatis propria esse voluit Carolus Sittl in libro doctissimo: Die lokalen Verschiedenheiten der lateinischen Sprache mit besonderer Berücksichtigung d. afrikan. Lateins. Erlangen, Deichert 1882, ut Boethius genere vita rebus gestis homo Italus Afer ab illo iudicari debeat.

Distinguitur praeterea quasi stellis quibusdam elocutio Boethiana multis variisque figuris, magna copia verborum inopia sententiarum, singulari quadam dicendi varietate, mira vocum collocatione ac discriptione.

Hanc ad scientiam si quis praeter communem artis criticae tamquam supellectilem illud adferet, ut in eo se scriptore versari numquam non meminerit qui tum florebat cum Romanicae quae dicuntur linguae ex vulgari sermone Romano evadere coeperunt et coalescere, is ad Boethium emendandum satis magna instrumenta adferre videbitur.

Nos hoc munus emendandi commentarios in Topica ita sumus adgressi, ut altera parte dissertationis leviora vel editorum vel editorum et librariorum menda recenseremus, altera graviora, notas criticas et grammaticas, ut quisque locus hortaretur, per omnem disputationem praecipueque per posteriorem spargeremus.

Pars prior.

Boethii commentariorum leviora menda breviter recensentur.

270,6 ut ex disciplinarum liberalium sumptum penu nostrae apud te semper pignus amicitiae permaneret: τ β π, sumptum O ignorant suo iure. Similiter 278,23 quae in dialectica vel a nobis dicta Latina oratione vel a Graecis scripta sunt: τ β π, . . . nobis Latina . . . : O; 290,7 quoniam. libertas data habet proprias partes: τ β π, . . libertas habet . . : O; denique 365,39 Omnium. positorum superius exemplorum ista sententia est: veteres quaedam editiones, Omnium. superius exemplorum . . . : τ β π O.

270,9 cetera fere caduca imbecilla labantia et, si ad fortunae vicem spectes, aliena sunt: τ β π et M^1 2. (id est M^1 secunda manu) aliena. : C (= ceteri codices) nisi quod E 2. 'sunt' suprascripsit illi 'labantia'. Est infinita quaedam universeque prolata sententia, quales et imitatores Tulliani et ipse Tullius verbo illo malunt carere.

caduca imbecilla labantia: 354,39 ex claris atque apertis et in veritate patentibus propositionibus; 395,1 insuetum rarumque et extraordinarium; 295,1 haec cognata sibi esse et ad se referri invicem et se velut e regione respicere nullus ignorat; 297,23 omnia ex eodem fluunt et sui sunt continentia atque se respicientia; 280,31 maxima propositio atque universalis et per se cognita neque indigens probatione. Dices: quorsum tu haec? ego vero paucula haec exempla ex maxima vi similium posui, ut Carolum Sittl errare monerem, cum tumoris Africi esse vult, quod commune est multorum posterioris aetatis scriptorum. nimirum

quod is l. l. pag. 92 sqq. Afrorum scriptorum esse dicit vel solorum vel praeter ceteros, ut substantivo synonymo synonymi substantivi genetivum casum soleant adponere, ut synonymis substantivis adjectiva synonyma iungere, ut synonyma adjectiva, pronomina, adverbia, similia ἀσυνδέτως coacervare, alia eius generis quae ille ad sermonem Africum certis terminis definiendum persequitur, ea omnia fere Boethii quoque esse facile demonstrari potest. quo in genere illud valet vel plurimum, quod B. ei dictioni inservit non solum in illis scriptis quibus Graeca exempla exprimit sed etiam in his commentis, quibus Romanae orationis auctorem locupletissimum explicat et dilatat.

271,11 Quanta vero pars reliqua sit, Topicorum ipsius voluminis magnitudo demonstrat, quam Victorinus neque attingit neque attingere potuisset . . . , nisi opus multa librorum pluraritate distenderet : τ, . . . sit Topicorum· ipsius . . . attigit . . . : β π O.

271,15 Nos autem et hanc ipsam particulam, quam Victorinus attigit, . . . aggrediamur et, longius expositione progressi, cum Topicorum debemus fine consistere : τ β π, . . . adgrediemur . . . : O.

271,17 Quare de tota operis propositione conveniens sumamus exordium : τ, Quare h i n c de . . . : β π M^2 M^3 M^4 M^5 (C : Quare hoc de . . .). v. Meiser II 96,16 quare de enuntiativa oratione considerandi hinc commodissimum sumamus initium. Peiper 150,32 ac de proposita quaestione hinc sumamus initium.

272,23 in quocunque. attentio fuerit, non poterit abesse docilitas: τ, quocunque . . . : β π O. q u o c u n q u e = quamcunque in partem, unde in apodosi i b i intellegendum est. Similiter 297,41 Ubicunque . fuerit homo, necesse est ut sit animal.

273,8 Cui adicit illud: etsi a d m o n i t o r e non eges, ne offendat animum sedulitate a d m o n i t i o n i s, si quem c o m m o n e n d u m credit, oblivionis videatur arguere : τ, . . . etsi admonitione . . . sedulitate, si . . . : β π E, . . . etsi admoni-

tore . . . sedulitate, si . . . C. 'Ne studio nostri pecces odiumque libellis sedulus importes' Horat. ep. I 13,4.

273,11 Sed de prooemio satis dictum est : τ β π M^1 M^5 M^2 2. B^2 2., . . . dictum: C. 317,10 Et de locorum ordine satis dictum est: τ β π M^4 M^5, . . . dictum : C.

273,14 nec in singulis (ut ille facit) haerere volumus et ad ampliora huius operis festinamus: τ β π B^2, . . . fecit . . . : C. v. 271,13. 15. attigit.

273,41 Plato. dialecticam vocat facultatem, quae id quod unum est possit in plura partiri, veluti solet genus per proprias differentias usque ad ultimam speciem separari, atque ea quae multa sunt in unum generum ratione colligere: τ β π E, . . . ultimas species . . . : C, generis: M^2 M^3 soli, vide prooem. pag. 7. ceterum collige 385,8 species quoque dividuntur in ultimas species. 276,14 (dialectica) ea est. , quae iudicandi peritiam tenet et quam eodem nomine Plato partiendi per differentias atque ad genus revocandi facultatem vocet. veluti-separari, quae sententia intercalaris explicat id quod ante dicitur, recte editorum more uncis circumscribetur.

274,23 Neque . potest quisquam diligenter disserere, nisi iudicaverit quale sit id quod in disputationem sumitur: τ, . . . nisi quale sit id qu. in d. sumitur iudicaverit: β π M^4 M^5 B^2 (quod vereor ne multis adrideat), . . . nisi quale sit iudicaverit id qu. in d. s. : C. v. quae dicentur ad 317,45. in disputationem sumitur: 271,38 a quarum scriptione. 339,31 habitationi est destinatus locus. 384,3 quod ad intellectus declarationem adhibetur. 390,12 ad virtutis enodationem sese convertit. Vides evanescere iam coepisse gerundi et gerundivi modos, qui post a Romanicis gentibus prorsus reiecti sunt, et cedere substantivis a quibus abhorret purus quasi sermo Romanus.

274,38 Indiscreta . inventionis potestas quum definitiva, tum divisibilis appellari potest, quum definiendis partiendisve rebus adhibetur : τ β π E, . . . tum def., tum div. . . ., cum . . . : C. verte: bald-bald, je nachdem sie . . . v. 275,38 ratio diligens disserendi unam habeat inveniendi partem, alteram

vero iudicandi, tum de ipsa inventione tum de inventionis collectione.

274,42 partitio logicae tribus partibus segregata ita partes explicat, ut habeat inventionem materiam singularum: ipsa vero iudicationi materiam praestat : τ β π, . . . ut habeat . . . singularum. ipsa . . . praestet : O cf. 275,4 ut materiam quidem sui habeant inventionem, iudicationi vero fiant ipsae materia.

275,10 Illa . pars, quae necessariis argumentationibus aptatur : τ E, . . . quae de nec. arg. aptatur : β π C. Dicit Boethius aptare rei 288,34. 350,24. 366,38. Meiser II 19,3. 90,8; in re Meiser II 7,2; ad rem 338,14. 339,12. Meiser I 142,21. et saepe; secundum rem Friedlein 64,12. sub re Friedlein 58,20. In hac tanta dicendi varietate non ego video cur Boethium cavisse ponamus ne diceret: pars quae de necessariis argumentationibus aptatur, quod idem valet ac si diceret: p. qu. de n. arg. tractat. 275,6 ea (pars) quae de probabilibus tractat.

275,21 segregat huius modi facultatem ac inveniendi materiam a iudicandi parte secernit : τ . . . et inveniendi . . . : β π O. supersedeo hic proferre triginta ferme illos locos quibus de et que vel ac atque libri mei vel cuncti vel pars pugnant cum lectione vulgata satisque habeo illud statuisse eas harum particularum leges quas Ciceronem amplecti solere compertum habemus adeo non sequi Boethium ut de genuina cuiusque verbi vi ac natura vel nihil senserit vel falsa. Coll. 271,6. 282,44. 334,28. 352,14. 377,12.

275,41 ea quidem pars . . . Illa vero pars : τ β π, . ea qu. p. . . . illa vero : O. v. 276,3—5 ea quidem pars-ea vero : τ β π O. Idem interpolandi genus detegitur 316,42, 320,48. 321,42. 323,29. 324,6. 28. 334,41. 337,36. 338,40. 345,29. 349,5. 46. 350,3. 39. 351,1. 355,13. 14. 363,23. 365,23. 41. 373,36. 378,39. 380,32. 384,26. 388,2.

276, inveniente alio mutum ipsum inermeque tacite versare iudicium : τ E, . . . inermēque et tacitum v. i. : β π M^2 B^1, . . . inermeque tacitum v. i. : C. Coll. 372,29 intemperanter molestissimus.

276,39 Non. invenire docet topice, quod est naturalis ingenii, sed facilius invenire. Omnis quippe ars imitatur naturam atque, ab hac materia suscepta, rationes ipsa viamque conformat, ut quum facilius id quod ars quaeque promittit tum elegantius fiat; velut parietem struere naturalis ingenii est, sed arte fit melius: τ β π M^2 M^4 M^5 B^2, . . . quoque . . . : C. Coll. 376,17 Vi . naturalis ingenii argumenta promuntur; sed ars facultatem imitata naturae viam quandam rationemque conformat, qua id effici facilius ac melius possit.

Neque tamen hoc loco aut 272,4. adducar, ut, contemptis optimorum codicum vestigiis, rationem ipsa viamque defendam. Nam extat 377,24 naturas proprietatemque rerum omnium docet. 373,31 casum ac fortuitos eventus.

quaeque et quoque a compluribus librariis meis confunduntur etiam 307,6. 316,42. 369,16.

277,5 Si. iunxerimus genus ac differentiam et idem argumentum dicamus quod rationem quae facit fidem τ, . . . id esse arg. . . . β π O. coll. 277,16 id esse argumentum quod sit ratio rei dubiae faciens fidem. 286,19 Quis id dicat esse cuiuslibet rei vocabulum quod res ipsa est quam designat?

278,11 Si quis eam sibi quaestionis partem assumpserit qua esse defendit : τ β π, Si quis sibi eam partem qu. adsumpserit . . quae esse def. : O. v. 353,16 in hac propositione quae dicit. 362,35 ei adfirmationi quae dicit. 357,38. 361,15. 364,48. 383,21. 25. Boethius de syllog. hypothet. 874,37. 875,4. 876,6 ed. Migne.

278,17 perquisitis utitur argumentis : τ, p. nititur arg. : β π O. v. 272,38 eiusdem testimonio nititur. 372,42 eiusdem contra nos sententiis atque auctoritate nitantur. 394,17. inniti 387,40. 388,14 subniti.

278,19 quod quisque defendet, ad id quoque argumenta perquirit. Ad partem igitur quaestionis astruendam destruendamve argumenta sumuntur: τ β π M^2 M^3 B^2, . . defendit . . . perquiret . . . : M^5, . . defendit . . . perquirit . . . : C., et hoc solum eis quae post dicuntur convenit. cf. etiam quae disputantur ad 302,41.

278,23 quae in dialectica vel a nobis — vel a Graecis

scripta sunt : τ β π M^4 M^5 B^1 E, . . . vel nobis — vel a Gr. . . : B^2, . . . vel nobis — vel Gr. . . : M^2 M^3, . . . vel a nobis — vel Gr. . . : M^1 unus et, sicut ego aestumo, recte. Coll. 273,32 vel in speculatione veritatis vel exercendis virtutibus. 371,3 vel ex voluntate vel perturbatione animi. 366,7 sive in conexis propositionibus sive disiunctis. 368,1 dividit eam causam — in eam — eamque. 369,3 causarum divisio fuit in ea — et ea.

Inde illud quoque cernitur, bene praestare O 367,11 causarum divisionem facit in ea quae efficiant aliquid et ea sine quibus effici nequeat; τ β π interpolari: . . . et in ea . . . Item 332 38 vel ad Tullium vel ad Platonem vel quemlibet O, excepto E : vel ad T. vel Pl. vel qu., et M^2 qui habet cum τ β π : vel ad T. vel ad Pl. vel ad qu. Conferatur praetera 322,11 ubi pietas vel ubi iustitia vel cetera. 385,15 alia quae . . . , alia quae . . ., alia . . .

278,41 necesse est ut quidquid in argumentationibus comprobatur id argumentorum ratione firmetur : β π B^1 M^2, . . . comprobetur . . . : τ C. Eadem modorum adsimilatio occurrit 314,2. 315,1. 8. 338,15. 346,23. et saepe.

279,18 Ut. substantiam atque hominem iungamus : τ (ex 279,18 nominamus), . . . iungam : β π O. vide quae dicuntur de eodem exemplo 279,12 Sumo mihi. 22 adiungo. 23 concludo.

279,40 illa quasi propria et effectrix propositio videtur esse quae prima est : β π, . . propria effectrix propositio . . . : τ M^2 M^4 M^5 B^2, . . proprie (vel : propriae) effectrix propositio . . . : C. Simiter effectrix adiectivi locum tenet apud Friedlein 118,17. 122,10. proprie adiectivo iungitur apud Meiser II 177,3 de his (scil. contradictionibus) quae proprie contradictioriae sunt.

280,1 Natura rerum fert, ut ubi quid maius ac minus est ibi maximum quoque aliquid inesse necesse sit. Quo fit, ut sint quaedam maximae propositiones, quomodo minores maioresque esse monstravimus, quorum natura ex simplicium propositionum partitione sumenda est : τ, . . . quoniam minores . . . : β π O. Succurremus facilitati intellegendi, si quo-

niam-monstravimus circumsaepiendo uncis intercalariter proferri significabimus.

Simile mendum 288,9 Video, quod omnis definitio ab eo non seiungitur cuius est definitio, ne a iure civili quidem propriam definitionem posse seiungi : τ, Video quoniam omnis . . . : β π O.

281,12 universalium propositionum, quas minorum propositionum locos esse praediximus, illae differentiae . . . loci esse videbuntur, in quas fuerint convenienti ratione reductae. Sed istae locorum, id est propositionum maximarum differentiae, quas etiam ipsos locos nominamus, possunt subiectarum propositionum etiam genera nuncupari : β π M^4, . . . etiam ipsas . . . : τ C. Coll. 287,9 et maximas propositiones et earum differentias continentes communi nomine appellavimus locos.

281,19 irrationale quum a rationali velut divisibili differentia dissideat, tamen equi vel canis et differentia specifica est : τ β π B^2, . . . divisibilis . . . : C.

281,21 inrationabile : τ β π B^2, inrationale : C. rationalis inrationalis, rationabilis inrationabilis, rationalitas rationabilitas, inrationalitas inrationabilitas in omnibus Boethii scriptis passim leguntur et ita ut alterum ab altero specie differat non re.

282,6—12 Aut elocutio . . . dicetur . . . Aut argumentatio . vocabitur . . . Aut integer ratiocinationis ordo praeter maximas propositiones argumentum dicetur, sententia vero argumentationis argumentum, reliqua vero maxima propositio : τ M^2 M^3; alterum illud dicetur, quod ex eis quae ante dicuntur intellegendum est, quam vere absit a β π C, inde haud mediocriter patet, quod M^3 2. et hoc ipsum dicetur notavit et expunxit 282,10 vocabitur post 'propositio', 282,12 vocabitur et post 'argumentum' et post 'locus' 1. manu intrusum Coll. 355,9.

282,30 quum differentia ipsa maximam propositionem contineat eiusque sit locus, maxima vero propositio argumentationi vel argumento vires ministret, non est dubium, quin ea toti argumento locus esse videatur, quod totum intra se maximae propositionis ambitum claudit : τ (fortasse ex 284.26), . . ., intra m. pr. a. claudit : β π, . . . intra m. pr. a. clauditur : O, et sic postulat sensus loci. nam ea = differentia,

totum = argumentum, quod = weil. Apud Friedlein 50,21. saepe legitur claudi res intra rem., Top. 185,3 in re. 385,11 sub re.

282,33 Demonstratum. est, quae sint argumentorum sedes, id est ubi argumenta clauduntur: haec autem sunt maximarum propositionum differentiae quae vocantur loci; quid etiam argumentum, quod est ratio rei dubiae faciens fidem; . . . quid sit quaestio, id est dubitabilis propositio; quid simplex propositio id est . . . : M[4], et M[1] 2. manu sed antiqua; . . . quoniam ratio rei . . . : C; magis etiam corruperunt τ β π sic : . . . hae sunt autem . . . quoniam rei . . . quid sit simplex . . .

haec: vide quae in altera parte dicuntur ad 276,28.

quod est ratio: 270,31 Licet definire . . . argumentum . rationem quae rei dubiae faciat fidem. 284,9 est . . argumentum. ratio rei dubiae faciens fidem. 276,33.

283,27 quum . . . dubitetur, in hac ambiguitate quaeritur utrum . . . : τ β π, cum . . . d., id in h. a. qu. utr. : O.

283,35 Atque id exemplo clarius fiat. Sit quaestio . . . : τ, Atque ut id . . . : β π O. 342,37 Diviso differentiae loco nunc de contrariis tractat. Quare uti rerum ordo clarius colliquescat, pauca mihi ex Aristotele sumenda sunt . . . τ β π B[2] E, . . . tractat. Atque uti . . . : C. Verba inchoativa quibus B. in his commentis utitur perpauca sunt: 270,3 muneri adquievi. 271,8 exemplis collucescat. 295,40 coniuncta coniunctis adhaerescunt (296,28 id quod adhaerere dicitur). 306,16 quo iunctura cohaeresceret (cohaeret 296,27). 315,39 Id tali ratione clarescet; similiter 336,37. 347,6. 367,23. deinceps 373,5 neque prigrescere ac delassari [editiones: dilassari; at v. Horatianum illud: delassare valent Fabium] aequum est. 373,39 Ad id. lapidis natura tendebat, ut in suum locum pondus veniens conquiesceret.

Hinc satis apparet inchoandi vim non fere iam inesse in multis verbis inchoativis et idem ea plerumque valere atque verba simplicia.

284,34 si quis ab iis aliquod argumentum quaerat adducere : τ, . . . educere : β π et O, praeter M[1] E, quorum M[1] exhibet: deducere, E: |||educere.

291,12 Ipsos terminos non potero ad fidem quaestionis adducere. Ex hoc loco et ex eis quae Friedlein in indice notavit cognoscas ne Boethium quidem huic verbo notionem a ceteris scriptoribus diversam tribuere. quam notionem huic de quo quaeritur loco minime esse consentaneam quoniam manifestum est deducere an educere scribere malimus dubitari potest. nam significatio utrique eadem inest: 289,44 argumenti a partium enumeratione deducti. 331,23 (generis) nomen deductae ab eo formae suscipiunt. 338,39 ab ultimo usque deductae. similia 339,21. 34. 358,2. 352,9. (τ hic falso fert diducit, qua de re dicetur fusius ad 286,37); contra Friedlein 261,5 Erit hic secundus octuplus a quo possumus duas sesquioctavas proportiones educere; denique ducere Top. 282,41. 287,21. 31. sumere 284,33. trahere 284,29. nasci 285,9. proficisci 285,10.

Sed ut quaestionem institutam expediam, is mihi de hoc loco recte iudicare videbitur, qui M^1 antiqui codicis et sinceri scripturam deducere tuebitur, ceteros dicet integram lectionem truncasse.

285,17 Nihil in se ipso haerere poterat: ac per hoc quod in aliquo haeret ab eo in quo haeret diversum est: τ M^2 M^3 B^2, . . . haerere potest: ac per hoc . . . : β π C; B^1: potẽ at, quae corruptela a librario posteriore correcta in potẽ $\overset{\text{ac}}{\text{at}}$ deteriorum codicum lectionem poterat ac peperit. Coll. 285,35 quod ne intellegi quidem potest quem ad modum in ipso haerere possit quod ipsum est, cum nihil sibi inhaereat (sic!), ut superius expedivi.

286,4 Recte igitur aliud quiddam est ipsum, aliud eius definitio, etiam si unum idemque est utriusque subiectum: τ, . . . utrisque s. : β π O. 347,20 Repugnantium tametsi duae partes sunt, unum tamen est utrisque vocabulum. 347,23 eo distant quod antecedentium et consequentium duo sunt nomina, licet unus utrisque consensus.

286,39 Restat autem nunc quod videtur esse quaerendum, an . . : τ, . . nunc unum quod . . . : β π O.

286,43 fieri potest ut locus amplior intra semet angustiores contineat locos, velut provinciae civitates : τ M^1 M^3

B^1 B^2 E, . . . provintia : M^4 M^5 (M^2 β π : in provincia, ubi idem latet), quod edere non ausus est Baiter. Civitates intelligi urbes ostendimus in altera parte ad 285,24; angustiores vero idem valet quod minores: 377,39 Diviso causarum loco atque ordine suis partibus distributo de loci eiusdem facultate quibusque uberius quibusque angustius accomodetur . . . disserit.

287,1 sed nunc similitudo non convenit : τ, s. nunc haec s. n. c. : β π O. Coll. 365,6.

287,11 maximae propositiones . . . possunt rebus dubiis esse argumento : τ, . . . argumenta : β π O. cf. 287,15 (locorum species) argumenta esse non possunt. ib. 21 . . ex his argumenta quidem duci possibile est, ipsa vero argumenta ut sint fieri nequit. ib. 6.

287,37 Sunt . in uno quoque propriae definitiones. Definitio enim est oratio substantiam unius cuiusque significans: quodsi ab una quaque re propria substantia non recedit, ne definitio quidem recedit : τ β π, . . uno quoque . . . substantiam cuiusque . . . una quaque . . . : O.

288,11 Definio ius civile ac dico : Ius civile est aequitas constituta iis qui eiusdem civitatis sunt ad res suas obtinendas. Post haec considero num haec definitio reliquo termino, utili scientiae, possit esse coniuncta, id est an aequitas constituta iis qui eiusdem civitatis sunt ad res suas obtinendas utilis scientia sit. Video esse utilem scientiam dictae superius aequitatis, Concludo itaque: Igitur iuris civilis scientia utilis est. Hoc igitur argumentum est ex eo loco qui . . . : τ β π, . . . obtinendas utilis ad scientiam . . . Concludo itaque: Iuris igitur c. sc. ut. est. Hic . . . : O.

Cetera vere corrigi ex O (cf. etiam Friedlein 53,8 ad scientiam utilissima) quoniam sine negotio quivis ipse viderit, proferam tantum exempla quaedam unde Hic Hoc Hinc similia saepe solere commutari etiam in nostris libris perspiciatur et ad hunc locum quadrare intellegatur unum Hic.

317,45 A substantia tractum est argumentum, a genere videlicet animalis. Hoc igitur argumentum et genus continet et ex genere ductum est. In priore vero, etsi genus

continet, a contrario tamen ductum esse perpenditur: τ β π, ... Hic ... : O. (cf. 317,35 Hic igitur ...). 319,21 . Tullius . primum dividit definitiones secundum ea quae definiuntur; quarum genera duo esse proponit, unum earum rerum quae sunt, alterum earum quae intelliguntur. Has igitur definitionum differentias ex iis videtur sumpsisse quae definitione monstrantur : τ β π, ... Hic ... : O. (vide 321,11 post eas differentias definitionum quae ab iis rebus tractae sunt quae definiebantur, nunc a propria forma definitionum differentias tradit).

Contra 318,12 locorum omnium diligentius natura considerabitur, si non confuse solum verum etiam distributim et in suarum partium proprietate noscantur. Dat vero hic multam inveniendorum argumentorum copiam : τ, ... hoc ... : β π O.

Denique 320,27 Hinc quaeri potest : τ β π, Hic .. : O. Coll. 322,40 Hic suboritur quaestio valde difficilis. Meiser II 388,28 hic oritur quaestio subdifficilis.

288,24 In hac argumentatione maxima propositio ac per se nota est ea ... : τ, ... maxima ac per se nota propositio est ea ... : β π O. cf. 281,5 innumerabilem maximarum propositionum ac per se notarum multitudinem. Posui hunc locum quo monerem quadraginta ferme esse locos, quibus O verborum ordo discrepat cum eo qualis solet edi, quem falsum constitui vel ex ipsa loci sententia vel ex omni Boethii dictione potest comprobari.

288,27 Sequitur, quum definitio iuris civilis utili scientiae possit adiungi tum quoque iuri civili utilem scientiam posse copulari : τ, ... adiungi, iuri quoque civili ... : β π M[1] B[2] E.

288,37 Faciendi liberi tres sunt partes: una quidem, ut censu liber sit : τ (ex 288,36), ... liber fiat : β π O (unus E : fiet).

289,11 Partes. duobus dicimus modis vel species vel membra : τ, .. dicuntur ... : β π O. Coll. 289,17 dicuntur. 18 nuncupantur.

289,41 Omnes . hi loci a partium enumeratione ducuntur, quia in iis partibus quae species sunt cunctae partes

enumerantur : τ, . . . dicuntur . . . : β π O. (cf. 384,29 Is qui a toto est a definitione locus vocatur). Similiter 316,26 Post hanc (scil. speciem) a contrario locum ducit, id est a maxima differentia : τ β π, . . . dicit . . . : O. cf. 316,34 Post haec repugnantia dixit. 25 prius a differentia locum statuit. 31 Post adiuncta . antecedentia Tullius posuit. 317,40 Non ergo ex genere locus iste dicendus est sed potius ex contrario. Contra 296,3 eius loci qui ex affectis dicitur : τ, . . . ducitur : τ β π O. Coll. 292,1 locus . . . qui ducitur ab affectis, et Cic. Top. § 11 Ducuntur etiam argumenta ex iis rebus quae sunt quodam modo affectae ad id de quo quaeritur. ib. § 47, ut iam Caspar Hammer monuit, restituendum est: Deinceps locus est qui e contrario ducitur [et sic, ut postea demum vidi, etiam Tulliani quidam Topicorum codices habent a me excussi, in quis Bambergensis n⁰ 337 quem ante me et ipse inspexerat Hammer]. cf. Boeth. 301,20 A contrario sumitur argumentum hoc modo. Denique 287,31 dicimus a toto locum argumenti quando . . . : β π male, ducimus . . . : τ O.

290,4 de quibus . dubitatur, ipsi fidem dubitationi facere non possunt : β π C, . . . ipsa . . . : τ M^1 M^2 2, B^2 E. ipsa = ea: 320,13 ipsa quae usucapiuntur corporea sunt, ipsa vero usucapio corporea non est. 312,16 cum fit argumentum a toto, ipse quidem terminus cui fides adfertur intra totum comprehenditur; totum vero ipsum quod est definitio res est. 313,5 omne affectum et ad ipsum respicit ad quod refertur et in ipso est. Idem dicendi usus a Meisero plus quam viginti locis confirmatur.

290,37 Partitio . sumit partes rei quam partitur semper minores : β π M^4 M^5 B^2, . . . re . . . : τ C. Coll. 290,41 rei partes ea re quam partitur semper minores sunt.

292,14 si non invidia laboris alieni aestimationem premunt sed reprehensionis iudicio quoque consentiunt, nullo modo ferendos esse puto : τ E, . . . reprehensioni iuditioque consentiunt . . . : β π M^2, . . . reprehensioni iudicio quoque consentiunt n. m. ferendos puto : C, quod, quamvis edere non sit ausus Baiter, solum tamen convenit huic sententiae

ubi respondere videmus: non invidia solum — sed iudicio quoque, premunt aestimationem — reprehensioni consentiunt.

292,16 multo quoque libentius detorserim pravae opinionis iuvidiam : β π, multoque libentius . . . : τ O. Idem librariorum complurium error est 379,9. 319,20.

292,19 quae est haec hominum pravitas, quae tanta est imprudentiae caecitas ut paene sua sese ipsi confessione condemnent: ego scripsi, comparato Cic. Phil. 11, 15, 38 quod eorum tantum fastidium est, quae tanta adrogantia . . . Naegelsbach Lat. Stil.[6] § 93 p. 271. Codices ferunt vel cum τ : . . . quae tantae est inprudentiae caecitas . . ., vel cum β π : . . . quae tantae est inprudentia caecitatis . . . Ceterum melior scriptor aut quae tanta est imprudentia diceret aut quae tanta est iudicii caecitas (cf. 375,40 fit delictum caecitate iudicii) estque haec dicendi proprietas ex eis quae Afrorum esse solorum voluit Sittl l. l. p. 92 sqq. Vide etiam infra 294,8 et Tac. Agric. 11 superstitionum persuasione.

293,4 explicavimus : τ β π, explicuimus : O. item 358,18 explicavimus : τ, explicuimus : β π O, contra 285,43 explicavit : τ β π O, item 286,1 explicatae, et B. de syll. hyp. 863,24 ed. Migne. Apud Meiser I 155,20. II 26,14. 59,2. 465,23 explicuit. II 385,23 explicuimus. 479,7 explicuerimus. Idem in indice suo complures locos collegit quibus et explicaturum (esse) a Boethio scribitur et explicitum est. Quattuordecim loci a Friedlein congesti quoniam praesente tantum tempore proferuntur et imperfecto et futuro primo nihil nos hac de re docent estque illud unum notandum quod septimus non pag. 136,6 legitur sed 136,11., postremus non pag. 403,7 sed 402,7.

Inde colligitur utram perfecti temporis vel supini formam utri quoque loco praeferas sola iudicari auctoritate codicum.

293,29 causae effectuum causae et : τ E, causa eff. causa et : β π C. Coll. 379,22 cum sit causa semper effectuum. 295,7. 43. 45.

293,34 Affecta igitur sunt quae quum a se invicem diversa sint ad se invicem tamen referuntur : τ β π B^2 (inv.

a se), . . . cum a se diversa sint . . . : C. cf. 295,24 habent . . . cuiusdam naturae congruentiam, ita tamen ut a se diversa sint.

293,37 Eorum quae ad se invicem affecta dicuntur . . . prima sunt, coniugata voco quaecunque . . . : β, . . . prima sunt coniugata . coniugata voco quaecumque . . . : π (speciose!), . . . prima sunt coniugata. Scilicet coniugata voco quaecunque . . . : τ, . . . prima sunt coniugata. sed coniugata voco quaecumque . . . : O Coll. 353,27 Huiusmodi igitur omnes propositiones praedicativae dicuntur — praedicativae vero appellantur quia . . . — 338,33 Nocentis . duplex species est, alia manu alia vitio. Sed [sic β π O] aqua pluvia nocens est quae . . . 305,35 Sumo . argumentum a repugnanti [sic O, repugnantibus : τ β π]. Repugnans vero est si . . .

294,8 similia a se in alia quidem re diversa sunt, in alia vero congruunt. In ea vero qua secundum qualitatem congruunt in ea esse similia intelliguntur, quae ad se similitudinis ipsius copulatione referuntur : τ, . . . quae . . . illius . . : β π, . . . quia . . . illius . . : O. Potuit simplicius dicere : 'ad se similitudine illa referuntur' vel 'secum similitudine illa copulantur'. Sed enim est hoc posteriorum scriptorum ut ingentem quandam fundant verborum copiam atque abundantiam, magis vero ut obscurent sententias quam ut inlustrent. cf. 271,14 nisi opus multa librorum pluralitate distenderet. 275,27 quanam sit suarum partium coniunctione compositum. 281,2 diligenti tractatu considerationis adhibito. 293,24 cognationis relatione coniungi. 279,10. 16. 285,3. 9. 274,27. 347,25.

294,32 non queunt : τ, nequeunt : β π O. item 336,11 non queat : τ β π, nequeat : O. contra nequire 287,22. 343,28. 36. 345,22 τ β π O.

295,7 Causa est qua praecedente aliud efficitur : τ, . . . aliquid eff. : β π O. 306,7 Efficiens . causa est qua praecedente aliquid effectum est : τ β π O.

296,36—42 Partes . . ac notae . . . in ipso de quo agitur haerere perhibentur. Ita etiam in affectis, licet extrinsecus sint : neque enim idem sunt quod ea sunt ad quae intelle-

guntur adfecta: necessario tamen, quia aliquam cognationem cum his habere considerantur, in ipsis haerere dicuntur ad quae adfecta sunt : β π B[1], . . . neque enim sunt . . . : τ E M[1] 1. (M[1] 2. : idem enim), . . . neque idem sint . . . : C, distinguas: licet extrinsecus sint neque idem sint . . ., necessario tamen . . .

Cadit sub eandem interpolationem 318,4 Illud . semper speculandum est, non quid in argumentis sit sed ex quo ducitur argumentum: et in ceteris quidem eadem ratio neque est enim in singulis immorandum : τ β π, . . . neque enim est . . . : O, exceptis M[2] M[3] qui, me auctore, soli vere ferunt: neque est in s. imm. Simul ex hoc loco patet non esse contra Boethii morem ex duabus interrogationibus inter se coniunctis alteram proferre coniunctivo modo (quid-sit), alteram indicativo (ex quo-ducitur).

297,25 Maxima . propositio: Coniugatorum in eo quod coniugata sunt unam atque eandem esse naturam; vel etiam sic : τ, . . . vel sic : β π M[1] M[2] M[3] M[4] M[5] B[1], . . . naturam iam vel sic : E, naturam et iam vel sic : B[2], quae lectiones unde vulgata fluxerit optime demonstrant.

297,44 Quodsi quando : τ, Quodsi aliquando : β π O. cf. Friedlein 427,17 ubi 'si aliquando' meliores libri habent,

301,1 Quum igitur suum omne quod fuerit argentum vir uxori legaverit, quumque manifestum sit, id ad eam pertinere quod suum fuerit legantis, id est quod in arca fuerit conditum : non potest intelligi de eo quod in nominibus debebatur, quoniam id quod in nominibus debetur ab eo quod in arca positum est plurimum differt : τ, . . . non potest idem intellegi . . . : β π O. Coll. 301,11 De rebus plurimum differentibus idem intellegi non posse . item 301,15.

301,40 exstitisse vel exstare vel exstiturum esse : τ, . . . extaturum esse : β π O. videas Plin. n. h. 17,167. Ulp Dig. 2, 12, 2 et Neue Lat. Formenl. II[2], 589.

302,1 si de singulis inquiratur, cum concubuisse qui amavit et pallere qui timet et occidisse qui fuerit iratus veri simile est : τ β π, . . . amaverit . . . timeat . . . fuerit . . . : O.

302,9 (Capitis deminutio est) minima quum nec civitas

nec libertas amittitur sed status prioris qualitatis inmutatur, velut adoptatio, aut quibuslibet aliis modis prior status retenta civitate potuerit inmutari : τ B² 1. M⁵ (M⁵ inpermutatur), ... inminuitur, ... inmutari : β π C. Sall. Catil. 37,9 ius libertatis inminutum erat.

302,25 Id (officere potest) quod ea quae testamentum confecerat sui non fuerit iuris : τ, ... fuit iuris : β π O.

302,41 proximum est ut qui nunc hoc recepit posterius illud admittat : τ β π, ... recipit ... : O. Idem mendum 305,41 Qui testamento accepit recte accepit. Quod autem recte accipitur invito ei qui semel accepit aulerri non potest : τ β π M⁴, ... accipit, recte accipit : C (solus E : accipit recte accepit).

Scilicet tota haec sententia generatim profertur, nominatim ea quae sequuntur: At mulier testamento usumfructum ancillarum accepit. Id ei igitur invitae non poterit auferri.

Firmatur praeterea superiore illo loco Meiseri suspicio in commentariis περὶ ἑρμηνείας ed. sec. pag. 10,20 'qui semel solam orationem interpretationis nomine vocari recepit, in intellectu quoque ipsius inscriptionis erravit' restitui iubentis pro eo quod codices exhibent 'recipit'. cf. etiam Horat. ep. I 1,17 Cum semel accepit solem furibundus acutum. ib. sat. II 1,25. 5,82. 7,71.

Tertius eiusdem generis locus est 340,19: Fiduciam accepit cuicunque res aliqua mancipatur, ut eam mancipanti remancipet : τ β π M² M⁴ M⁵ E (ex 340,38), Fiduciam . accipit ... : C.

303,17 Civitatis Romanae iure liberi retinentur in patris arbitrio : τ E, ... patrum arbitrio : β π C. Coll. 304,22 in patrum potestate.

303,23 sexta pars dotis a marito retinetur usque ad mediam partem : τ β π, ... ad dimidiam partem : O. 313,3. Friedlein 354,3 et passim.

303,33 Quaero. , si ab antecedentibus argumentum faciendum est, quid antecedat, quid consequatur. At si viri culpa factum est divortium, video mulierem dotis parte non multari : τ, ... Ac ... non posse multari : O (β π M²: At ... non posse multari). Coll. 299,22 Quaero. , quodnam ex iis

argumentum sumere possim quae in quaestione sunt posita ac video . . . 291,14 Quaero . quid in ipsorum altero sit ac video . . . Omittitur particula coniunctiva 288,8 (respicio quid ei sit insitum. video . . .); 288,13 (considero-video); 298,4 (considero-video).

304,8 versatur . intentio de dotis parte eiusque apud virum post divortium, quod non prima nuntiaverat, retentione : τ, . . . nuntiaverit retentione : β π O. Conferatur infra 305,32.

304,12 Ubi est antecedens ibi erit consequens : τ M[1] E, . . . ibi erit et c. : β π B[1], . . . ibi est et c. : C, id quod mihi genuinum videtur, collato 318,29 : Si . res una est a qua duci poterit argumentum, unus est etiam locus . 'erit' pro 'est' adscitum esse putaverim ex 304,12 At in hac quaestione est antecedens . . .; ibi igitur consequens erit . . .

304,23 Non . . . erant nuptiae iure contractae, quae non aut inter civem Romanum civemque Romanam inibantur aut cui princeps populusve civitatem vel connubium non permisisset : β π, et τ, nisi quod 'non' seclusit; Non . . ., quae non aut inter c. Romanam c. Romanum iniebantur aut cui princeps . . . conubium permisisset : O (sed habet M[3] : inibantur, M[2] M[4] E : 'iungebantur' coniecerunt speciosius quam verius).

Coll. 304,29 quaedam Romana cum Latino nuptias fecit. De 'iniebant' inspicias Neue Lat. Formenl. II[2] 445. Item Top. 346,7 inquiebat O ferunt, id quod consentit cum Cic. Top. § 51. Denique illud 'non' intrusum esse opinor ab homine minus emunctae naris ex 304,23: Quoniam non permisso conubio liberi patrem non sequuntur.

305,32 Quaeritur utrum ea mulier legatum quod testamento recte acceperat invita possit amittere : τ β π M[2] M[3], . . . acceperit . . . : C, unus B[1] : accepit, id quod eodem redit. Haud dissimilis est modorum adsimilatio 306,17 : Quaeritur an damni infecti promissio cogat eum qui promiserat vitium restituere : τ, . . . promiserit v. r. : β π O; 315,1 Quaeritur an qui satis dederit damni infecti vitium parietis cogatur restituere : τ β π O. Vide supra ad 278,41.

306,20 Si . is qui damni promisit infecti eius vitii causa fuit, restituere debet vitium : τ C, . . . d. pr. infecti restitu-

tionem eius v. c. f. . . . : M^2 M^3 β π, consulto repetita voce ex 306,19 vel 10. At legitur 306,13 dedit satis damni infecti. 28 damni infecti promiserat. Cic. Top. § 22 qui . damni infecti promiserat.

306,30 ex affecto id est, ex causa; τ β π, . . . id est causa : O. item 308,15 ab affecto., id est, a minore : τ β π, . . , id est minore : O. 315,2 In hoc igitur, id est vitio parietis, quaestio est : τ β π O. Etsi sibi ipse non constat Boethius in hoc genere, velut legitur in τ β π O : 274,12 de sophisticis, id est cavillatoriis argumentationibus tractat; contra 276,5 de cavillatoriis, id est de sophisticis.

307,3 Ipsa in manus conventio omnia quae mulieris fuere viri fecit dotis nomine, non procedente tempore sed statim propria vi naturae : τ, . . . , non praecedens tempore . . . : β π O. Coll. 306,39 Effecta sunt quae aliquibus efficiuntur causis, non tempore praecedentibus sed natura : τ β π O. 306,7 Efficiens . causa est qua praecedente aliquid effectum est, non tempore sed proprietate naturae. In forma 'fuere' adeo Boethius sibi non consentit, ut in huius paginae versu 28 'fuere' codices praestent, in v. 3 'fuerunt'.

307,5 ut in manum quaecunque convenerit, mox eius bona dotis nomine virum sequuntur : β π, ut in m. quaeque convenerit . . . : τ et O, nisi quod M^1 'quaeque' omisit, E in 'quoque' corrupit. Coll. 333,28 ut quaeque in mentem venerint promuntur. Commemorandum est quod 365,25 ferunt τ β : Necessariarum . causarum conclusio non solet conturbare; ut enim causa fuerit dicta, statim in conclusione sequitur effectus, π O : . . . ut enim haec causa fuerit dicta . . . , ut hoc loco dicatur 'diese einzelne hier', non 'eine' 'eine einzelne'.

Deinceps mox moneo idem valere quod statim (307,5): 395,5 vel mox futura vel serius; 369,21 dicta causa non statim sequitur effectus . Neque enim si congressus est mox amavit. Meiser II 21,2 rerum . semper intellectus sunt quibus iterum constitutis mox significatio vocis exoritur. ib. 471,8. 22.

307,25 ex effectis argumentum : τ β π (ex 307,24), ex

effecto: M^1 1. M^4 B^2 (C vel 'affecto' vel 'effectu' vel 'affectu'). Coll. 307,1 argumentum ab effecto.

307,37 Quod in re maiore valet, valeat in minore. Fit enim quaestio an . . . : τ, . . . Sit . . . : β π O. 317,30 Age, sit quaestio. 283,36.

307,42 Faciamus. argumentum sic: τ β π M^4 M^5, Facimus . . . : C. cf. 307,6 Facio. argumentum sic. 306,20 Sumimus. arg. 304,35 et 301,20 Sumitur. arg.

309,12 Ea. sunt probabilia, quae videntur . . . secundum unam quamque artem scientiamque eruditis: ut medico in medicina: τ β π, . . . : ut quod medico in m.: O. De numero mutato (quae-quod) videas quae disputantur in altera parte ad 276,28 et infra ad 311,6.

309,36 Quaeritur an sit aliquod ius tegendi. Respondeas tu, inquit Cicero, Trebati, id ius esse tegendi ut . . . : τ, . . . inquit, Trebati . . . : β π O. 341,13 Ex eodem etiam similitudinis loco illa sumi Cicero proponit: τ β π, . . . sumi proponit: O.

Item eiusdem Ciceronis nomen intellegendo suppletur 287,31. 309,36. 338,8. 341,36. 366,1. 36. alibi.

309,41 quando quidem: τ β π, quoniam quidem: O. qu et qu totiens in his commentariis permutantur, ut rem magis tetigisse quam omnes locos conquisisse praestet.

311,6 videndum est, quinam sint ii loci, qui in ipso haerent de quo quaeritur, vel quid ab ipsis rebus differant, in quibus haerere dicuntur: β π. recte τ 'rebus' quod abest ab O seclusit ut insertum ab eo qui non sentiret ipso et ipsis varie prolata unum atque idem significare. Coll. 384,2 Omne argumentum ex iis locis ducitur qui in ipso de quo quaeritur inhaerent . . . Is vero locus qui in ipsis de quibus ambigitur positus est dividitur in . . .

quinam: sic pro breviore illo qui in interrogationibus suspensis dicere consuevit Boethius, velut 274,27. 275,27. 298,4. 320,15.

311,15 De partibus quoque idem dicemus: nam si omnes partes efficiunt id, cuius partes sunt, terminumque in quaestione propositum suae partes efficiunt, non est dubium.

quin partes quoque omnes convenientes id esse quod ipsum est in quaestione propositum, rectissime intelligantur : τ, . . . dicimus . . . idem esse . . . : β π O (M^2 M^3 M^4 M^5 : . . . dicemus . . . idem esse). Coll. 311,11 De partibus quoque eadem ratio est. De pronomine 'idem' conferas 311,12. 21. 25. 312,6 sqq.

311,32 Si ad membrorum multitudinem vel specierum omnium enumerationem singularem termini referas intellectum, statim ipsius ac partium differentias comprehendas : τ β π E 1. , . . . differentiam c. : C. Variatur 312,5 differentiae, unde haud scio an hic locus depravatus sit.

312,5 Quis dicat idem esse iuste quod iustitia, quis genus idem quod forma : τ β π, . . . iustitiam . . . formam : O. 277,5 Si id esse argumentum dicamus quod rationem quae facit fidem.

313,41 In hoc igitur quaestio est, locus vero a similitudine : τ β π E (ex 313,36), . . . vero in similitudine : C. Coll. 314,14 in hoc quaestio est, at in eius adiuncto locus. 315,18. 314,3.

314,18 Nam quod quaeritur, an . . . oporteat, sumitur argumentum . . . : τ, Nam cum quaeritur . . . : β π O. Coll. 314,1. 25. 41. 315,8. 29.

314,42 Locus a repugnanti : minime posse invitam reddere, quod recte acceperit : τ, . . . quod r. accepit : β π, . . . quia r. accepit : O.

minime pro angustiore illo non persaepe B. dicit : 279, 45 rationem rerum, quas non intellegit, minime comprehendit. 279,44 minime — tamen. 280,26 aut — aut minime. 283,13. 289,18. 302,16. 30. 305,32. 314,8. 34. 311,19. 342,23. 369,24. 372,8. Contra pro simplici non 372,13 nulla ratione legitur; 372,7. 370,43. 325,4. 314,20. 303,43. 301,15. 297,43. 36. 289,16. 277,28. 18 nullo modo; urbanius scribitur 278,22 minus intellegit. 363,10 si quis minus callidus ad Ciceronis exempla respiciat.

315,15 argumentum . ab effecto causae . . .; quo fit ut quod quaeritur in causa sit : τ, . . . effectu . . . ut id quod . . . : O. (effectu — ut quod : β π). effectus, effectum (315,5. 6.), effecta (314,48. 315,7) a Boethio promiscue dicuntur.

316,35 Prius . posuit a simili : τ, . . proposuit . . : β π O. Quoniam plerisque exemplis a Friedlein Meiser me congestis hoc firmatur, in sermone Boethiano inter ponere et proponere nihil interesse idemque utrumque valere, quibuscumque locis (sunt autem permulti) lectionum discrepantia invenitur, ex codicum virtute causa diiudicanda est.

316,41 in suo quaeque ordine plenam retinent formam : β π; ordine. quod abest ab O, β π adsciverunt ex 316,38. 34. male interpretati huius loci sententiam, recte seclusit τ.

317,2 dissimilius est id quod ab alio differt quam id quod consequitur vel antecedit : τ, . . . aliquo . . . : β π O. cf. 319,17. 317,16.

317,30 Age . sit quaestio, an idem sit animali esse quod vivere. Fiat argumentum sic : τ β π M^2 M^3 B^2, . . . Fiet . . : C. Coll. 300,34 Faciemus argumentationem hoc modo. 305,41. 308,26.

318,6 Si quis . diligentiam decursae superius expositionis exercuit, facile in reliquis colliget quod uno declaratur exemplo : β π, Si quos . diligentia d. s. exp. ex., f. in r. colligent quod uno declaratur exemplo : τ, Si quos . diligentia s. d. exp. ex., f. in r. colligunt quod in [soli retinent M^1 E] uno declaratur exemplo : O.

colligunt : neque enim nostri est iuris Boethii temporum consecutionem corrigere ex Ciceronianae orationis legibus et legitur in τ β π O 283,21 facilior explanatio est — si meminerimus . 289,26 nisi semoveris — non potes destruere. 289,38 quicquid horum defuerit — non potest appellari (289,39 nisi coniunxeris — non valebis adstruere). 307,5 ut quaeque convenerit, mox eius bona sequuntur. 327,22 si quid fuerit adiectum — minuuntur. 336,34 redit — quisquis remeaverit. 339,16 sqq. si potuerimus — videtur. 331,25 nisi fuerint — non potest iungi. 351,41. 359,9. 376,28. 382,41. 383,3. 387,27. 391,13 postquam subierit — revertitur.

Item in uno declaratur exemplo corrigere abiecta in praepositione non licet, quoniam dicit Boethius de syll. hyp. 876,19 M. : ut in hoc declaratur exemplo; item de syll.

categ. 824,35 quod in subiecta declaratur descriptione. Friedlein 408,24 quod patenter in subiecta formula declaratur.

318,10 Propositis igitur breviter argumentorum locis: β π, τ O recte non habent igitur. Coll. 327,11. 342,37. 276.34. 283,6.

318,22 illud propensiore consideratione tractandum est, quod etiam loci ipsi res quaedam sunt, sed esse intelleguntur loci, quum ab his trahitur argumentum: τ, illud pensiore . . . sed tunc esse . . cum . . . : O (propensiore — sed tunc: β π). Symach. epist. 2,34 nihil tractandum pensius. Sulp. Sev. chron. 1,35,9 qui pensius ingenium mali spectatum haberet. Similiter B. de inst. mus. 190,2 F.: 'Idcirco . idem nervus, si intendatur amplius, acutum sonat, si remittatur grave. Quando enim tensior est, velociorem pulsum reddit . . .' simplex nomen legitur pro composito, quod idem in verbis saepe fieri diximus ad 270,19. Item crementum apud Friedlein sexies laudatur, semel incrementum.

319,27 Ea . quae corporalia sunt, esse dicit; quae incorporalia, non esse: τ, Ea . quae — ea quae . . . : β π O.

319,33 Quis . sibi non magis lapidem scire videatur . . quum iustitiam . . vel quidquid aliud non sensibus, sed intelligentia comprehendit: τ β π (β π: quam — comprehendit), . . . quam — comprehenditur: O. Coll. 319,37 quae intellegentiae ratione capiuntur. 43 alterum intellegentiae ratione comprehenditur.

320,10 Cur vero ea non esse dixerit supposuit rationem dicens: nullum quasi corpus earum rerum esse nec molem aliquam quae feriat sensum: τ β π, . . . nullum enim quasi . . . : O. Coll. 306,19 Sumimus . argumentum a causis hoc modo: Si enim . . . 274,28 Inventio . ceteris omnibus veluti materiae loco supponitur hoc modo: Nisi enim . . . 367,25 causam dividit hoc modo: Alia enim eius sunt quieta . . . 343,4 Horum omnium tales inter se differentiae considerantur: Nam quae contraria sunt . . .

320,24 Divisit . definitionem . . . ut alias quidem esse diceret definitiones earum rerum quae sunt, alius vero rerum quae non sunt: τ, . . . alias . . . earum rerum quae sunt, alias

vero earum quae non sunt : β π O. cf. 327,12 definitionem esse dixit vel earum rerum quae corporeae essent vel earum quae incorporeae. 320,3—6. 319,23.

320,38 Non . genus tota substantia est speciei, quando quidem non solum genus speciem format sed differentiae; nec differentiae totam substantiae continent formam, quando quidem non sola differentia speciem perficit sed etiam genus : τ, . . . totam substantiam continent formae . . . : β π O. Videas 287,40 definitio totum terminum necesse est comprehendat; neque enim partem substantiae, sed totius termini substantiam monstrat. 316,14 genus . quod cuiuslibet universaliter substantiam monstrat. 319,4. 329,40.

320,47 Idem . de partibus dici potest. Nam coniunctae partes totum id efficiunt cuius partes sunt : τ, . . . Nam coniunctae totum . . . : β π O.

321,22 Lex . est quam populus centuriatis comitiis civerit : β π, . . . comitiis sciverit : τ O.

321,24 Res iudicatae sunt, quae . . . sententia iudicum fuerint constitutae, quarum exemplo ceterae quoque indicantur : τ, . . . iudicantur : β π, . . . iudicentur : O. cf. 322,8 alio qui libram aeneam teneat. 330,8 relinquitur pars superior — quae ostendat.

323,27 Genus . quod singulariter praedicatur speciei totum est. Id etiam genus sumptum in specie pars quaedam fit : τ, . . . Id genus . . . : β π M^2 M^3, . . . Id . . . : C.

324,26. Victorinus . aggressus . omnes definitionum differentias enumerare multas interserit, quae definitiones esse ab omnibus reclamantur : τ β π C, . . . multa interserit quae . . . : M^1 B^1 E bene, quoniam sequitur: Inter definitiones enim ponit et nomina . . .

325,7 quum nomen non sit oratio, manifestum est nomine definitionem non posse constitui, quum praesertim ne omnia quidem quae oratione promuntur atque aliquid ostendunt, proprio definitionis nomine signentur, veluti descriptiones omnisque alia quae non ex substantialibus partibus sed ex quolibet alio modo coniunctis efficitur : τ, . . . nomine designentur, velut d. o. alia oratio quae . . . efficitur : β π O.

326,44 Fiunt etiam definitiones a relationibus. Quum dicitur: Quid est pater? respondetur: Cui est filius: τ β π B[1] B[2] M[4] (quod est adsimulatum ad 326,40 Fiunt etiam definitiones per proportionem). Faciunt — dicunt — respondent: C.

328,7 Addo rursus aliam differentiam, si quoquo modo in tantum definitio contrahatur, ut fiat homini, quod definitur, aequale: β π, ... si quo modo ... aequale: τ B[1] E, ... si quo modo ... aequalis: C.

Atque aequalis quidem non ei quod propius est quod definitur tamquam subiecto iungendum esse sed definitioni quamvis longe distanti et ratio ipsa persuadet et 328,22: his verbis, hac sententia breviter significare videatur, hanc esse definitionem quae ... fit ei rei quae definitur aequalis. 329,9: Haec definitio est aequalis hereditati.

si quo modo pro si aliquo m. = ob vielleicht auf irgend eine Weise; quoquo si codices ferrent minime ego spernerem, quoniam extat 337,12 si quoquo modo ab hostibus effugisset. 325,13 videtur id definitionis loco Victorinus sumpsisse, quod quoquo modo rem subiectam posset ostendere. Neque desunt loci apud Meiser quibus eis quae sunt aliquis quisquis quilibet quivis promiscue Boethium uti comprobetur.

328,12 Dico hominis hanc esse definitionem quae ex pluribus communibus iunctis unum tamen quiddam proprium homini atque aequale confecit: τ C, ... homini proprium a. ae. conficit: β π M[3] M[4] M[5]. Coll. 328,17 ei quod definitur ex communitatibus coniunctis aliquid proprium atque aequale componitur. 328,25. Ceterum compares quae dicuntur ad 302,41.

328,22 his verbis et hac sententia breviter signare videatur: τ β π M[5], his verbis ac sententia br. significare videatur: C, excepto B[2] qui unus vere tradit: his verbis hac sententia br. significare videatur. De anaphora asyndeto diximus ad 285,39; de 'significare' 'signare' mutatis in altera parte ad 296,22; idem denique librariorum error occurrit 335,39 et 356,25. et in Victorini de defin. 893,57 M., ubi editionum lectio 'ac Cicero collatione utens dicit' egregie emendatur codice Latino Monacensi 14272: 'hac C. collectione utens dicit'.

328,40 Nam, si testamenta iure fiunt, pecunia etiam iure legatur : β π O, si τ omisit, mero ut videtur errore operarum.

328,43 Num satis est definitioni? : τ β π. Nunne satis est d. : O (unus M^5 : Nonne). Meiser II 46,12 considerandum est nunne aliqua sit in his compositio vel divisio.

328,45 morte eius cui ususfructus competit ad me res illa revertitur quae in meo dominio proprietatis possessione iure tenebatur neque tamen hereditas esse potest : β π (ex 329,4), ... proprietatis iure ... : τ O. Vide supra ad 306,20.

329,24 id quod definiebat vel iis quae adiunxit vel iis quae separavit a ceterorum omnium communitate segregavit : τ β π M^2 M^3, ... communitate secrevit : M^1 B^1 B^2 E (M^4 M^5 : ... disiunxit, ex 329,20). Coll. 374,39 voluntatem a fortuitis eventibus uno eodemque aptissimo exemplo secrevit.

330,13 ista demonstrant hereditatem efficiuntque substantiam : τ β π, i. d. hereditatis efficiuntque substantiam : O (M^4 M^5 : i. d. hereditates eff. s.; M^1 2 : i. d. hereditatesque eff. s.). cf. 320,42 definitio etsi est ad aliquid tamen et [τ β π et omittunt] totam substantiam monstrat et substantiam perficit. 329,40 omnia efficientia substantiam hereditatis. 330,7. 339,42 partium enumeratio totius efficere substantiam solet.

330,20 Ac de priore quidem hereditatis exemplo haec dicta sunt [scil. a Cicerone]. Ad huius vero similitudinem etiam secundum tractat exemplum : M^1 M^2 M^3 E, ... sint ... : τ β π C.

330,23 Quid, si servi sunt, num ulla gentilitas servorum esse potest : τ β π M^2 M^3 2. E, ... sint ... : C. cf. 330,25 Quid, si nuncupentur? 29 Quid, si transeat?

331,8 Species saepe partes, partes vero nunquam species appellantur. Differunt vero haec a se, quoniam pars totius membra coniungit, species vero genus dividit atque dispertit : τ β π, ... hoc a se ... species vero totum dividit ... : O (M^5 E : haec). cf. 343,33 differt ... eo quod. Totum vero ne recipiamus tota quae sequitur disputatio impedit, cuius summa sic constituitur 331,15 : Quo fit ut in his illa quoque differentia possit adgnosci, quod partes quidem totius

partes, species vero non totius sed universalis rei, id est generis, species esse dicuntur.

331,33 Propriis . nominibus M. Tullius partes . veluti totius membra appellat : τ β π M^5 B^2, . . . compellat : C, quam vocem rariorem tueri non dubito propter id quod priscorum quoque scriptorum complures, Livius Cornificius Plautus, reprehendendi vim quam Ciceroniani solent non admiscent huic verbo.

333,11 adolescentia flos aetatis; id ab arboribus ductum est, quarum fructus flores praecedunt : τ β π B^2, . . . fructus flore praeceditur : C.

333,17 (litus esse dicebat) qua fluctus eluderet : τ β π M^1 2., . quo [quod : B^2] fl. eluderet : C. cf. Cic. de nat. II, 100 ipsum . mare sic terram adpetens litoribus eludit. eluderet translatione proferri recte monuit me privatim Menrad familiaris meus, post hunc et publice Adler. Ceterum ex hoc loco corrigendus est 333,9 qua fluctus eluderet. Idem librariorum error est 391,22 ubi pro : 'quasi geometrica didicisset', ex Ciceronis disputationum Tusculanarum codice Parisino regio 7794 emendandum est : 'quo si g. d.'

334,32 si quis stipulationem et iudiciorum formulas partiatur : τ β π. . . . stipulationum . . . : O. ut est 335,4 'si stipulationum formulas et iudiciorum comprehendere velis' et in Cic. Top. § 33 si stipulationum aut iudiciorum formulas partiare.

334,34 (in stipulationum aut iudiciorum formulis) si quid praetermissum sit, non erit vitium partientis, quia partium natura multiplex saepius obtendit errorem. At si quis genus dividat, perniciosum est aliquam praeterire formam, quoniam . . . : τ β π, . . . vitium . . . pervitiosum . . . : O. Coll. 334,18 vel maximum vitium est si partiendo aliquid relinquatur. 334,20. 34. 45. 332,40. 335,6. 18. 22. 27., denique Cic. Top. § 33 non est vitiosum in re infinita praetermittere aliquid, quod idem in divisione vitiosum est.

Exprimit Boethius superlativi vim haud raro praepositiones per adiectivo praefixa, velut proferunt Meiser et Friedlein: perabsurdus perfalsus permolestus pernecessarius perobscurus persubtilis perutilis.

334,40 Coloris aliud est album, aliud nigrum, aliud medium. Id medium ex albi coloris ac nigri commixtione coniunctum est: τ β π, . . . albi ac nigri . . . : O.

335,6 In promptu est exemplum partium, quod de tutelis est dictum; magis enim ut genus in formas quam ut totum in partes tutela divisa est: β π, Inproprium est exemplum . . . ductum . . . : M[1] M[2] M[3] E, Inproprium est exemplum . . . dictum . . . : C. soli recte. Coll. 335,16 sqq. et 316,27 et Meiser I 100,1 communiter et inproprie contradictionem vocat. Similiter proprius et promptus a librariis mutata sunt in Cic. de or. l. II § 323.

335,14 nescio an quisquam iuris peritiae professorum tales tutelae partes ediderit: τ β π, . . . iuris peritiam professorum . . . : M[1] 1. B[1] B[2] E (C habent vel 'iuris peritiam professor' vel 'iuris peritiae professus'). cf. 377,25 (philosophia) omnium rerum quae intellegi possunt scientiam profitetur. 349,14 dialecticae quae huius rei scientiam profitetur. 295,35. Friedlein 8,15.

Similis est genetivus partitivus 373,13 in quibus faciendarum rerum. 274,30 unum quodque generum. 373,23 eorum partim (= ea partim 373,26).

335,15 Merobaudes rhetor ita intelligendum putavit ut id quod ait (Tullius) . . . de divisione dixerit: β π, . . . intellegendum probat ut . . . dixerit: M[1] 2. (M[1] 1. putat) E. (C vel 'probabat' cum τ vel 'probavit'). Coll. 336,39 'Servius probat' et illud quod non 'diceret' sequitur sed 'dixerit'.

335,40 fit ut tunc communis nominis in significationes partitio fieri videatur cum figura dividitur; potius quam generis in species: τ β π. fit ut communis nominis . . . potius quam generis in species: O. Librarius quidam male salsus posteriori 'cum' 'tunc' (= tc̄) debere praemitti ratus postremam litteram vocabuli 'ut' primamque eius quod est 'communis' repetivit. At enim opponuntur non 'tunc . . . — cum', sed 'nominis . . . generis', ad quod utrumque pertinet quae media collocatur sententia 'cum figura dividitur'.

336,20 id Aristoteles σύμβολον nominavit: τ, . . . nominat: β π O. cf. 336,25. 342,42. 344,7.

337,36 si in alicuius agro pluvia aqua colligatur et in alterius agrum defluat : τ β π, ... in alterius defluat : O.

337,39 Respondetur., quoniam aqua pluvia a pluendo dicta sit, fluvium quoque, qui pluendo creverit, aquam esse pluviam : τ β π, ... etiam fluvium quoque ... : O. cf. 350, 23 Quicquid esse consideratur in genere, id etiam formae quoque debeat aptari. 326,32. 380,15., quo accedunt decem exempla a Meiser in indice s. v. etiam-quoque congesta.

338,38 Si eius igitur aquae quam quis arceri velit . a vicino, genus velit exquirere, non necesse est ab ultimo usque genere deducere : τ β π, Si igitur eius [sic etiam β π] aquae ... ab ultimo usque deducere : O.

339,7 Quod si cui paululum videtur obscurius, hic si . commentarios ... inspexerit, nihil horum poterit incurrere quo caliget : τ β π, ... quod caliget : O. Friedlein 4,22 ad ea quae sunt caligantibus impedita sententiis expedienda.

339,19 Sit dolus malus, quando aliud agitur aliud simulatur. Huius ergo si species dividantur et id quod factum arguimus alicui earum specierum quae de dolo malo existimabitur, idem etiam de ea re quam arguimus necesse est iudicari : τ β π, Sit dolus malus ... a dolo malo ... quicquid de dolo existimabitur ... : O.

340,2 Illud . quaeri perutile est, quum aliquid de particularibus rebus probatur ex superposita proxima specie, ut si Socratem rationalem esse probamus, quoniam sit homo, quum sit homo rationalis: utrum ex genere an ex forma argumentum ductum esse arbitremur : τ, ... probatur ex superposita proxima specie, ut si ... approbemus ... : β π M^2 M^3, ... probatur ex superposita proxime specie, ut si ... adprobemus ... : C. cf. Meiser II 15,8 proxime petita. II 337,4. Friedlein 352,7.

Boethius quantum det variandae dictioni, in verbis quae sunt probare et adprobare, probatio et adprobatio clare cognoscitur. Velut legitur 339,32 probavimus. 46 adprobare. 354,30 adprobandum sit. 34 probabitur. 355,7. 11. 12. 16. probatio, ib. 8. 12. 15. adprobatio. 356,15. adprobet. 16. probet.

342,37 Divisio differentiae loco nunc de contrariis tractat

[scil. Cicero] : β π, Diviso . . . : τ O. Item 377,39 Divisio causarum loco . . . de loci eiusdem facultate, uti saepe Ciceroni mos est, disserit : β, Diviso . . . : τ π O.

343,6 Mediata sunt, ut album nigrum : est enim horum medius quilibet alius color, ut rubeus vel pallidus : τ β π, . . . ruber vel pallidus : O. rubeus, quod vocabulum rei rusticae inprimis scriptoribus usitatur, quod ego sciam, non legitur apud Boethium, legitur ruber et in Top. 343,10 rubrum vel pallidum. 366,17. alibi et apud Friedlein ac Meiser.

343,10 Immediata . contraria sunt, quorum nihil medium poterit inveniri, ut gravitas et levitas: horum enim nihil est medium. Nam quae levia sunt sursum feruntur, quae gravia deorsum. Quod autem sit corpus quod neque sursum [rursum : τ] neque deorsum feratur, nihil poterit inveniri : τ β π, . . . Quid a. s. corporis qu. n. sursum n. d. feratur? nihil poterit inveniri : O. 343,17 'Necesse est . omne corpus vel leve esse vel grave, quia levitas et gravitas medium non habent, quod praeterea inesse corporibus possit'. Interrogandi signum, quod raro ferunt codices, ipse supra posui.

343,38—43 contraria ad se et privatoria non referuntur . . . ; quae vero in relatione sunt posita, in ipsa relationis praedicatione consistunt . . . Tam vero contraria quam privatoria quam etiam relationes differunt a contradictionibus, quod contradictiones quidem semper in oratione consistunt . . ., contraria vero et privatoria et relationes in simplicibus partibus orationis : O, male τ β π omittunt 'quam privatoria'.

344,7 quae contraria nominat (scil. Tullius), opposita verius dicerentur; quae adversa dicuntur, contrariorum melius susciperent nomen : τ, quae c. nominat . . . ; quae adv. dicit, . . . : β π O.

344,13 contrariorum alia sunt adversa, ut sapientia stultitia : τ β π, . . . stultitiae : O. 344,22 Illa quoque dicuntur adversa . . ., ut sapientia stultitiae. ib. 19.

344,28 Ex his hoc modo argumenta sumentur : τ, . . .

argumentum sumitur : β π M^1, . . . argumenta sumuntur : C. 344,48 argumenta ducuntur.

344,37 praeposita in : τ β π (repetitum ex 344,36 vel 33), apposita in : O, bene varietatis gratia, ut 344,35.

345,20 Atque : τ β π falso ferunt, ut in conclusione; recte O : Atqui.

345,26 Quid sit ab adiunctis locus : τ E, Qui . . . : β π C. Cic. Top. § 28 est dicendum qui sit definitionis modus. Boeth. 327,18 qui sit . . definitionis modus. 379,25.

345,27 dixit, si secundum mulieris numquam capite deminutae tabulas possessio bonorum daretur, consequens esse, ut secundum puerorum quoque et servorum possessio permitteretur : τ O; male post 'servorum' β π repetunt 'tabulas'.

346,9 Quamquam locus hic ab adiunctis . . . nihil consultorum iuris prudentiam iuvet, patere me tamen, inquit (scil. Cicero), nullam suscepti oneris partem praeterire : τ O, ego facio cum β π qui 'patiere' petiverunt ex Cic. Top. § 51 : Tu tamen patiere nullum a me artis institutae locum praeteriri.

Contra β π non vere exhibent 'videatur' in eis quae sequuntur : 'ne, si in hoc libro nihil praeter tuae artis exempla conscripsero, tuae tantum gratiae videar addictus'.

346,13 Ab adiunctis . locus . non modo iuris consultis, sed ne philosophis quidem, praeter oratores, patet : τ O. quoniam 'non modo' hic, ut saepe, brevitate quadam dicendi idem valet quod 'non modo non', id quod perspicitur ex eo quod consequitur 'ne-quidem', ante 'patet' β π 'non' interpolati esse putandi sunt. Simili modo 'non' ab E insertum est 376,20 (facultatem non naturalem). 378,9 (pleraque non omnia).

347,7 Primum . singularum partium definitio providenda est : τ, rectius β π O : . . . prodenda est. 331,6 divisionis ac partitionis differentias prodit. 349,18. 384,3. 387,44.

347,15 dicebatur, quoniam eiusdem mentis est atque intelligentiae, tam consentanea sibimet quam dissidentia providere, idcirco hunc quoque locum unum videri : τ, . . . mentis esset atque . . . β π O.

347,19 cum aliquo praecedente comitatur alterum, illa sibimet in ipsa naturae consequentia consentire necesse est: τ O recte, β π mutare maluerunt: altero-alterum. At conferatur 352,18 praecedente quolibet aliud subsecutum est.

347,22 duo. esse quae sibi repugnent atque a se dissentiant, nullus ignorat; sed eo distant quod antecedentium et consequentium duo sunt nomina, licet unus utrisque consensus; repugnantibus vero unum nomen est, cum sit unus in utrisque dissensus: β π O; in τ, operarum fortasse neglegentia, interciderunt 'repugnantibus — dissensus'.

347,28 Eodem quoque modo: τ β π. Eodemque modo: O. De quoque et que commutatis vide 292,16 et 319,20.

347,47 Quae ratio non valde videtur idonea nec explicat quod demonstrare conatur: τ, . . . conabatur: β π C melius, ut apparet ex 347,36 opponebatur, et 39 respondebatur (M^2 M^3: opponitur, respondetur, conatur).

348,26 argumentum, quod ex antecedentibus et consequentibus fit, ex unius propositionis connexae partibus nascitur. Nam conditionalis propositionis connexae una pars est antecedens, alia consequens. Quodsi a repugnantibus argumentum fiat, rursus ab unius propositionis membris tale argumentum nasci oportebit: τ β π, superius illud 'connexae' vel potius 'conexae' suo iure non habent M^2 M^4 M^5 B^1 E, M^1 M^3 ferunt: unius conexae propositionis. Nimirum fuisse videtur in codice archetypo: ex unius propositionis (f. conexae, interlinear above 'propositionis'). Hanc alteri glossam interlinearem ut adsumptam ex sententia posteriore omiserunt, alteri vel ante vel post 'propositionis' verborum contextu interseruerunt.

348,34 Etiam ex illis propositionibus: τ. Ex illis quoque propositionibus: β π, Etiam ex illis quoque propositionibus: O. Inspicias quae dicuntur ad 337,40.

348,45 Quodsi et consequentiam propositionum et repugnantiam conditio facit, non est dubium, quin locus hic iure conditionalis vocetur ac sit unus positus in conditione divisis partibus, id est, in antecedentem consequentemque et repugnantem: τ β π M^4, . . . repugnantes: C, praeclare; nam sequuntur haec: Conexae namque propositionis una pars an-

tecedens est, alia consequens. Repugnantis vero propositionis utraque requgnat ac dissidet. 349,4.

349,45 Videtur . nihil hic locus differre ab iis locis qui . . . : β π, 'locis' τ seclusit, omnino non habent O.

350,1 genus semper speciem sequitur, speciem genus praecedit : β π, g. s. species s., speciem g. pr. : τ, g. s. speciem s., species genus pr. : O, id quod unum veritati respondet. Meiser II 456,14 speciem sequitur genus.

350,3 non omne consequens genus est, nec omnis species antecedens : τ β π, . . . nec species antec. : O.

350,16 si ita assumatur . . . assumpsi : β π, si ita assumamus . . . assumpsi : τ, si ita adsumam . . . adsumpsi : O.

350,18 Vides, ut . . . loquimur, . . . : τ, . . . loquamur : β π O, bene, quoniam intercalaris est sententia, qualis 295,21 Nam (ut de coniugatis primum loquamur) et iustitia . . .

350,44 Si neque censu neque ceteris liber est, non est liber; at censu vel ceteris : est igitur liber : τ, Si n. c. n. ceteris, non est liber . . . : β π O, et hoc ipsa alterius membri similitudo suadet.

351,18 Alia . ratio est in iis propositionibus quae ita dicuntur : Quae peperit cum viro concubuit. Haec enim similis est ei quae dicit : Si p. c. v. c. : τ β π, . . . Hoc enim simile est ei quod dicit . . . : O. De mutato genere vide quae in altera parte dicuntur ad 276,28.

351,33 quum sit a definitione argumentum : τ β π, cum fit a d. arg. : O. 352,20 cum . fit ex genere argumentum. De litteris ſ et f permutatis videas 288,38. 307,38. 355,9.

352,5 facile est . . . differentias praevidere : τ β π et quattuor libri mei, rectius ceteri : . . . pervidere, id quod saepe occurrit apud Friedlein locoque huic est accomodatius.

Similia composita apud Friedlein Meiser in his denique commentariis inveniuntur haec: perdocere pernoscere pernotare persciscere pertractare; perclarescere perdiscere perducere permetiri perpolire perquirere. Ceterum conferas quae supra dicuntur ad 334,35.

353,4 Argumentum . omne aut in syllogismi ordinem cadet aut ex syllogismo vires accipiet. Syllogismus vero

omnis propositionibus constat. Propositiones autem omnes vel simplices sunt vel compositae. Simplices sunt, quae ... : τ, ... Propositiones autem vel s. s. v. c. Simplices sunt, quae ... : β π, ... Propositiones autem vel s. s. v. c. : simplices quae ... : O.

353,14 Verbum . aliquotiens praedicato nomini adiungitur, aliquotiens ipsum praedicatur. Praedicato nomini adiungitur in hac propositione : τ, ... ut in hac prop. : β π O. 343,6 Mediata sunt ut : album nigrum. 367,18 tale posuit exemplum . ut : ; 358,5 Dudum [= supra] . in disiunctiva ita fuit ut: ;

354,30 approbandum sit eo : τ. adpr. sit ex eo : β π O. 354,34 Ex eo probabitur.

355,9 fit, ut, si et propositio et assumptio demonstrandae sint. quinquepertitus ... syllogismus fiat ... Quodsi neutra sit approbanda tripertitus fit [β π : sit] ... Quodsi altera earum demonstranda sit, fit quadripertitus : τ β π; restituamus ex O : fit ut, si ... sint, quinquepertitus ... s. fiat ...; quodsi n. sit. adpr., tripertitus, ...; quod si a. e. d. sit, quadripertitus. Colligantur etiam quae diximus ad 282,6—12.

355,24 Praecedens . et subsequens inde iudicatur, quia, quod primum ponitur. iure antecedens vocatur, quod posterius, iure subsequens dicitur : τ β π M^4, ... quod primum ponitur iure antecedens, quod locatur posterius, iure subsequens dicitur : M^1 M^2 M^3, ... quod primum ponitur iure antecedens vocatur, quod locatur posterius iure subsequens dicitur : C.

ego quotiens hunc locum difficiliorem sane meditor, ita verissime constitui verba adducor, ut ex ea quam mediam posui lectione tamquam exquisitius discripta reliquas fluxisse putem. Coll. 357,41 id quod primum est negando adsumitur, ut id quod est posterius inferatur. De locare vide 358,23. 27., de locare vocare commutatis quae dicuntur ad 387,9.

356,7 Hic si assumamus ..., assumamus dicentes : τ β π B^2, Hic si adsumamus ..., adsumemus d. : C.

356,23 Si dies est, lux est. Si inter has partes (scil. propositionis) negatio interveniat, fiet hoc modo : Si dies est,

lux non est. Ac si ulterius denegemus, erit ita : τ, . . . Hanc si u. d. . . . : β π O. 356,20 Tertius modus est cum inter partes conexae . . . propositionis negatio interponitur eaque ipsa negatio denegatur. Ordo verborum similis est 339,7 : hic si . . .; 327,26 ei si . . . Ceterum de ac hac hāc commutatis vide supra ad 328,22.

356,40 adversum . est ac repugnat si dies est non esse lucem. Sed idcirco rata propositio est quia consequentium repugnantia facta per mediam negationem alia negatione destruitur et ad vim affirmationis omnino revocatur : τ β π, restituendum est ex O : . . . omni modo [= omni m̊] revocatur.

357,4 fiunt ex repugnantibus propositionis partibus argumenta, . si . . . affirmatione et negatione iungatur : β π, ... affirmatione et negatione iungantur : τ . . . . . . adfirmatione ac negatione iungantur : O.

357,10 Huic iungemus : τ. Huic iungamus : β π O. 357,8 Sit . 9 Fiat . 12 Sit . 13 Huic addatur.

358,1 Sextus . modus ac septimus ex quarti et quinti modi disiunctiva propositione deducuntur, una negatione scilicet adiuncta et disiunctiva propositione detracta . . . : τ β π, . . . quarti atque quinti . . . scilicet adiecta et disiunctiva pr. detr. . : O. Coll. 358,8 adiecimus. 327,22. 24. 28. 33.

358,5 aut dies est aut nox est. Ex hac . propositione sublata 'aut' coniunctione, quae erat disiunctiva, adiecimus 'et', quae copulativa est, proposuimusque negationem : τ β C, . . . praeposuimusque neg. : π M^2 B^2. 359,19 negatio praeponitur. 338,16 si homini genus proprium praeponere velimus, non necesse est ut substantiam praeponamus.

359,21 et 26 Non et dies est et nox est : τ β π, Non et d. et n. est : O. 366,25 Non et nox et dies est. 364,17 Non et homo et non animal est.

361,42 Et secundus quidem modus rite a consequentibus factus huius modi est : β π, . . . modus a consequentibus . . . : τ O. Non video cur ea quae neque sententia necessario flagitat neque libri manu scripti tradunt editionibus inseramus.

361,44 M. Tullius : τ β π. Tullius : O. Item nomen gentile solum legitur 361,14. 360,14. 362,16. 363,29. 43.

363,10 si quis minus callidus ad Ciceronis exempla respiciat, eundem locum arbitrabitur esse a genere, quem ab antecedentibus et consequentibus et repugnantibus esse diximus, illo falsus errore, quod in utrisque locis eodem Cicero utitur exemplo : β π C. quodsi tu cum τ. E librarii exemplum amplexus, 'Cicero' non receperis, non habebis quod vetes me antecedentis sententiae quae est 'arbitrabitur — illo falsus errore' subiectum huc quoque putare pertinere, id quod minime licet. Ceterum M² exhibet : falsus deceptus. At collige Meiser II 217,17 (falsus est). II 483,17.

363,16 Aliud est dicere, cum argenti species sit numerata pecunia, si genus legatum sit, et speciem esse legatam, quoniam numquam species a genere separatur; aliud est in condicione enuntiationem proponere et eisdem partibus adsumendis argumentationem varia ratiocinatione formare, ut superius demonstratum est : cum praesertim huiusmodi ex consequentibus antecedentibus et repugnantibus argumentationes etiam praeter genera ac species fieri possint, velut superius in die atque luce : O, praeter E qui prima manu habet in contextu verborum : velut nos superius in die . . ., secunda supraque lineam post 'luce' additum : f. ostendimus. Ex eodem interpolationis genere est quod ferunt τ β π : velut nos superius indicavimus in die atque luce. (322,5 ut supra quoque indicavimus). Scilicet omnes hi librarii ex similitudine eius quod ante dicitur 'ut superius demonstratum est' huic quoque formulae simile verbum addi debere putaverunt.

Alter Baiteri est error quod 'eiusdem', non 'eisdem', edidit, quod quo spectet haud scio an nesciat dicere.

363,43 Secundum modum ait esse Tullius connexis propositionibus textum, in quo quum secundum negatur, sequitur ut id etiam quod primum est abnegetur, hoc modo : . . . Tullius ita dixit, quum id quod annexum est negaris, ut id quoque cui fuerit annexum negandum sit, secundum

esse modum : τ. . . . quod primum est abnuatur h. m. : . . . Sed Tullius . . . negabis . . . : β π O. (Tamen M^1 E ferunt : abnegetur, M^2 2. : abnuatur (abnegetur written above); unde in archetypo fuisse suspiceris: abnuatur (abnegetur written above)). Colligatur etiam 357,15 abnuatur. ib. 25 denegetur.

364,23 haec enthymemata nuncupantur, non quod eodem nomine omnis inventio nuncupari possit (enthymema namque est mentis conceptio, quod potest omnibus inventionibus convenire), sed, quia haec inventa, quae breviter ex contrariis colliguntur, maxime acuta sunt, propter excellentiam speciemque inventionis commune enthymematis nomen proprium factum est : τ β π M^5 M^4 1., . . . propter excellentiam speciemque inspectionis . . . : C (M^3 et E prima manu exhibent 'inspectionis', altera idque supra lineam : id est inventionis). Meiser II 44,19 sunt . intellectus quidam compositi atque coniuncti in quibus inest iam quaedam veritatis vel falsitatis inspectio, ut cum ad quamlibet simplicem perceptionem mentis adiungitur aliud quod esse aliquid vel non esse constituat. Top. 334,31 quarum non sit facilis inspectio. Friedlein 198,26 regula quaedam sit huiusmodi inspectio fixa firmaque, ut nullum inquirentem dubio fallat indicio. Et est similis usus verbi inspicere, quod legitur per omnes Boethii libros.

Eadem fere corruptela in τ β π detegitur 338,43 : 'In eo quod coniunctum est duplex discretio est : una ex eo ipso quod formatum est atque compositum, quod totum est, . . .; alia in eius partibus inspiciendis . . .', ubi O bene servant : . . . duplex dispectio est . . .

Friedlein 343,4 'his primum per se cognitis in modorum descriptione facilis possit esse dispectio . . .', ubi '. . . possit esse descriptio . . .' deterior quidam codex fert. ib. 343,5 dispector . Meiser I 86,14 dispicere.

365,41 quam (quisquam) bene meritam esse autumat, male de ea mereri turpe est : β π et nonnulli codices mei ; . . . male eādē mereri . . . : τ C., interpretare : 'autumare male eandem mereri turpe est' . id cum bene sentirent librarii

dicere superiores supra lineam vel in margine scripserunt, posteriores in contextum verborum inseruerunt. Colligatur etiam 365,24 Non et bene meritam esse autumas et male mereri.

366,12 quae in disiunctione sunt posita, medium non videntur admittere, ut esse aliud praeter eorum alterum possit : τ β π. . . . esse aliquid praeter eorum alterum possit : O.

366,34 tertii modi propositio ex coniunctis nascitur, haec sexti et septimi ex disiunctis terminis existit : τ; . . ., haec vero s. et s. . . . : β π; . . ., haec vero s. vel s. . . . : O. Pari modo 329,9 non 'et rursus' ex τ β π, sed 'vel rursus' ex O edendum est. neque adsentior Carolo Meiser I 100,2 codicum lectionem 'quando sint verae vel falsae vel cur se exposuisse commemorat' mutanti in '. . . vel falsa et cur. . . .'. Vide quae dicuntur ad 275,21.

367,4 is enumeratus locus est, qui in effectis causarum positus argumenta praestabat. Quorum quidem superius M. Tullius exempla posuit . . Quum igitur Aristoteles quattuor posuerit causas . . . : τ, . . . exempla proposuit . . . : β π O. 369,46 cum . causam . . . proposuisset, eius causae posuit exemplum.

367,11 principalem causarum divisionem facit in ea quae efficiant aliquid et ea sine quibus effici nequeat, ut id quod efficit ad eam causam referatur in quo motus principium constitutum est : O.

'in ea — et in ea' τ β π sine causa ferre dictum est ad 278,23. ab eisdem β π 'nequeant' non bene adsimulari ei quod antecedit 'efficiant' et per te cognoscas et ex 369,3 : causarum divisio . . fuit in ea quae efficerent aliquid et ea sine quibus effici non posset. Postremum 'referatur', pro 'conferatur' quod τ exhibet, etiam β π, si quidem opus est commendatione, commendant et 374,3 : quae voluntaria sunt et ad aliquem finem referuntur.

367,26 Alia eius sunt quieta, nihil agentia, sed stolida quodammodo : β π; 'sed' nec τ O habent neque ipse Cicero in eo quem hic Boethius adfert loco.

367,34 haec sunt quae nihil per se agentia tamen causae sunt, si iis efficiens operatio supervenerit : τ, . . . nihil

agentia . . . efficiens operatio superveniet : β π, . . . nihil agentia . . . efficientis operatio supervenerit : O

'per se' explicandi gratia, fortasse ex 367,27 (per se — inmobilia), esse suppletum ex eo de quo modo diximus loco 367,26 intellegitur. 'efficientis operatio' defenditur loco 367,16 'efficientis adiuvant facultatem' et 368,19 'efficientis subiecta sunt naturae'. Ad extremum 'supervenerit' dicitur ad similitudinem loci 367,26 'sunt quieta nihil agentia stolida . . ., nisi agendi extra motus accesserit' et 381,47 'materia . . stolida est atque inmota nec aliquid efficiens, nisi formam ab artifice . . susceperit'.

367,43 ideo congressus est quia aliquid ut congrederetur praecessit : τ β π, . . . aliquid cur c. pr. : O. 367,37 amoris causa est congressio quae praecessit, et amor flagitii.

368,17 Eius . causa . . . sine qua non fit aliquid materia quidem tempus et locus, id est ex quo fit vel in quo fit, quae sunt efficientis subiecta naturae ut uno intellectu comprehendantur, vel materia sunt vel materiae loco supposita : β π O, . . . naturae et ut . . . : τ; quod idem vitium, ortum ex codicis archetypi scriptura $\overset{\text{ut}}{\text{et}}$, 281,6 legitur et in O et in β π. Ceterum ut facilius planeque hic de quo agitur locus perspiciatur volvas 367,29 sqq.

368,27 efficiendi vim : τ β π et sic etiam 368,25. 30. alibi. Sed tamen si illud respicies in hac eadem pagina Boethium variare adminiculatio (v. 2) . adiumentum (8. 31.) . iuvamen (13) . adminiculum (28) . instrumenta (22) . eandemque rem nominibus variis consuesse significare, haud scio an me audias censentem recte tradi ab O 'efficientiae vim', praesertim cum idem extet 352,13. 371,23. 270,13.

368,32 in iis causis quae sunt praecursoniae : β π O, 'causis' nescio cur omisit τ.

368,35 illa . res quae exsistere dicitur aliis operantibus nascitur, velut in congressione solum est fieri : β, . . . solitum est fieri : π [proponit editor dubitanter cancellis circumsaeptum:] et O. 321,30 . quod . . solitum est fieri.

369,3 Prima quidem causarum divisio secundum Tullium

fuit in ea quae efficerent et ea sine quibus effici non posset; atque illud quidem quod efficeret in gemina item partitus est, scilicet in id . . . et in id . . . : τ β π (B^2 2. : . . . efficeret item in gemina), . . . efficeret in gemina partitus est . . . : C.

369,40 sensus quidem est huiusmodi. Ordo autem paulo confusior est : τ β π. s. qu. huiusmodi est, ordo a. p. confusior : O.

370,8—17 videtur tacuisse (scil. Cicero) id cuius posuit exemplum. Ita enim apertius dici potuisset : . . . Ita quippe intellegendum est quasi ita sit dictum : M^1 E. 362,4 Ita quippe proposuit. 375,23 ita intellegendum est. 335,15. 387,17. Ceteri codices mei vel 'Itaque sic intellegendum est' praestant cum τ β π vel 'Itaque intellegendum est'.

371,2 Omnes. causae, quae vel ex voluntate vel perturbatione animi intelliguntur, ad eam causam pertinent, quae est movendi principium : τ β π M^3 M^2 2. (ex 368,14?), . . . a qua est mov. pr. : C. Item variatur 367,13 causam. in qua motus principium constitutum est.

371,14 Rursus causarum divisionem aliam . . . prodit : τ β π B^1 B^2 M^4, Rursusque c. d. al. . . . pr. : O, merito, quoniam Boethius dixerat 370,25 Facit aliam rursus causarum divisionem.

371,32 natura atque ars non tam in effectibus constantes quam in propria ratione esse intelliguntur, in tantum ut, quod ars ac natura delinquit, materiae saepius imputetur : τ β π M^2 M^3 B^2 M^4 2., natura atque ratio non . . . ars ac natura . . . : C. illud petitum est ex 371,18 (natura atque arte). 19. vel ex eis quae post dicuntur 371,34. 37. Idem nomen eadem in sententia repetitur etiam 372,15 Hic. in rebus quidem ipsis constantiam ponit, casum vero non re sed opinione metitur.

372,20 Nec me scaevae (= σκαιαί) hominum mentes arrogantiae notent, quod velut affectata auctoritate Tullianis sententiis pugnem : τ B^1 B^2 M^3, . . . saevae . . . : β π C. Cod. Parisinus quidam interpretatur 'laevae', is qui 369,45 'neutri' correxit ex 'neutro'.

372,43 si cui commentarios nostros inspicere vacuum fuerit, sciat haec nos ex Aristotelis secundo Physicorum volumine invertisse : M[1] 2. M[3] E bene; ceteri vel 'advertisse' cum β π, vel 'evertisse', vel, sicut τ, 'vertisse'. Tacit. ann. 15, 63 quae in vulgus edita eius (scil. Senecae) verbis invertere supersedeo. Boethius quam habeat rationem cum eis quae ipse secutus est exemplis Graecorum clare cernitur ex Friedlein 4,27 : non alterius obnoxius institutis artissima memet ipse translationis lege constringo, sed paululum liberius evagatus alieno itineri, non vestigiis insisto.

373,2 Quae tametsi altioris philosophiae disputationes tangunt : τ β π C, . . . altiores . . . : M[1] B[1] E. 376,5 hunc altiorem ex philosophia tractatum. Meiser II 225,13 altior huius libri tractatus . Peiper 159,16 ex intimis philosophiae sumpta disciplinis.

373,24 Quis . finis esse potest, si manum extendam, si genua complicem atque aliquid iacens humi tollam, quod nullis usibus applicem : τ β π, . . . applicetur : O.

'usibus' : 324,37 publicis usibus destinata . 314,13 nulla erant iura conubii . 270,21 libri principiis . 372,1 quae ipsis casibus fiunt . Meiser I 46,11 naturaliter est vox significativa ut ea quae dolores naturaliter monstrat aut gaudia [= la joie].

At, inquies, qui tandem factum est ut apud posteriores linguae Romanae scriptores singularis numeri ius inminutum sit, auctum vero pluralis? Primum oratione poetarum, praecipueque eorum qui hexametros versus componerent, quos numeris saepe videmus cogi vel ut pro nominativo accusativove singulari in consonantem litteram cadente pluralis numeri eundem casum ponant exeuntem in vocalem neque obstantem numeris (quis enim casu evenire dicet quod Horatius sexies dicit gaudia, numquam gaudium?); vel ut pro alicuius vocis singulari numero monosyllabo vel bisyllabo plurium syllabarum pluralem dicant.

Iam si illud tecum reputabis posterioris memoriae sermonem Romanum nullum poetico quodam colore non distin-

gui, mirari fortasse desines quod libera quoque oratio omnisque sermo quotidianus libertatem illam poeticam adripuit cum in aliis verbis tum in eis quae ne propter brevitatem atque exiguitatem evanescerent periculum erat.

373,33 quis egressus domo ut amicum videret praeteriens cadente desuper lapide ictus est. Id igitur quod evenit in rariore causa ponendum est; accessitque ad voluntatem quae certum respiciebat finem. Ea vero fuit domo egrediendi, ut amicum videret : τ O; . . . Ea vero fuit domo egrediendi causa ut . . . : β π falso; nam intellegi debet 'voluntas', interponi nihil.

374,19 ex ipsa (natura) saepe habilitas quaedam mentis et corporis existit, quae habilitas ad unam quamque rem adiuvat voluntatem : τ β π. . . . voluntates : O. 374,13 voluntates consuetudo ministrat.

375,4 si quis caedis accusetur, optima solet esse defensio, si alia non suppetit, fugisse manu telum magis quam voluisset iecisse : τ, . . . voluerit iecisse : β π O.

375,12 non fugienda vitat et non appetenda nimis exoptat : τ β π M^1, . . . nimius exoptat : C.

375,43 novit quidem quod appetit esse vitandum sed maioris actu cupiditatis impellitur : atque inter ea necessaria ponitur, quae aut non habent voluntatem aut eam ita infirmam ac debilem, ut nullo modo validioribus passionibus obnitatur : τ β π. . . . maiori (vel : maiore) tractu cupiditatis impellitur atque id inter . . . : O praeclare.

Maiori maiore, priori priore, posteriori posteriore, similia prosmiscue dicit Boethius. 'passio' pro 'perturbatio' vel 'adfectus animi' vulgaris sermonis est atque linguarum Romanicarum.

376,12 Iis, qui sequestrandas ab oratoria facultate philosophiae disciplinas putant respondendum breviter existimo. Ratione quidem reperiri quid potest, sed id melius atque facilius artifex faciet, qui in opere construendi artis facilitatem atque elegantiam comparet. In argumentis quoque idem esse manifestum est. Vi namque naturalis ingenii argumenta promuntur; sed ars facultatem imitata naturae viam

quandam rationemque reperit qua id effici facilius ac melius possit : τ, His . qui . . . faciet si in opere construendo artis facultatem atque elegantiam comparet . . . : β π, His [376,9 priores] . qui . . . faciet, quia in opere construendi ars facilitatem [unus E : facultatem] atque elegantiam comparat . . . : O. 276,39 Non . invenire docet topice sed facilius invenire . Omnis quippe imitatur naturam atque, ab hac materia suscepta, rationes ipsa viamque conformat, ut cum facilius id quod ars quoque promittit tum elegantius fiat.

Cohaeret cum hoc loco locus 376,24 : Oportuit . eos animadvertere, omnem quidem artem sui materiam effectus ex natura suscipere, sed in ea tamen ratione propria facultatem elegantiamque experiri : τ M^2 B^2, . . . facilitatem elegantiamque experiri : C.

376,28 Quum . totius operis haec sit intentio, ut argumenta quae confusa et veluti clausa natura suppeditat, artificialiter vestigentur : τ β π M^3, . . . confusa et veluti casu natura suppeditat . . : M^4 M^5 E B^2 2. (casus : M^1 B^1; ceteri 'massam' vel 'cassa') . 271,44 In hoc . videtur esse comprehensum quae sit intentio Topicorum, quod ait (scil. Cicero) disciplinam esse argumentorum, non ut inveniantur — id enim natura suppeditat — sed ut sine ullo labore ac sine ulla confusione non casu ad ea mens sed quadam via ac ratione perveniat.

377,29 quis ferret insolentium hominum temeritatem profectus suos culpare volentium quibus profectibus proficerent, si studiosi potius quam queruli esse mallent? : β π (quin etiam ἀνορθογράφει π : profectus suos c. v. quibus provectibus proficerent); 'quibus profectibus proficerent' suo iure seclusit τ, prorsus non habent O.

'potius — malle' πλεοναστικῶς velut μᾶλλον-προαιρεῖσθαι. Similis est dicendi abundantia 375,13 nimius exoptat . 386,28 ante rem praecurrentia . 386,26 ante praeparatis . 374,5 ante praestruxerat . 369,28 ante praedixit . 336,38 retro relinquitur.

378,29 dos interdum his conditionibus dari solebat, ut, si inter virum uxoremque divortium contigisset, quod melius aequius esset apud virum maneret, reliquum dotis restitueretur uxori, ut, quod ex dote iudicatum fuisset melius aequius

esse apud virum manere id vir sibi retineret, quod vero non esset melius aequius apud virum manere, id uxor post divortium reciperet : M^1 M^2 M^3 M^5 B^1 B^2. E falso ad ea quae ante dicuntur mutavit : . . . quod ex dote iudicatum fuisset melius aequius esset apud virum manere . . . , τ β π M^4 etiam mendosius : . . . quod ex dote iud. fuisset m. aequ. esse ut apud v. maneret . . .

De melius aequius, pleraque omnia (378,9), usus auctoritas (308,32) sine coniunctione prolatis adeas Sigismundum Preuss De bimembris dissoluti apud scriptores Romanos usu sollemni. Edenkoben. 1881 pag. 111. 50. 82. Contra variatur 378,38 aequius melius. 378,36 melius aequiusque [sic O; τ β π aequius meliusque]. 308,33 aedium usus auctoritatem biennio fieri sentit.

378,37 si viri culpa divortium factum est, aequius melius est nihil apud virum manere; si mulieris, aequius melius est sextans retineri : τ O ; β π, si quid voluerunt intrudere, post 'mulieris' debuerunt repetere 'culpa divortium factum est' vel 'culpa factum est' non 'est culpa'

379,18 Iure ab effectis locus causarum loco debet esse coniunctus : τ β π, . . . loco dictus est esse coniunctus : O, scilicet a Cicerone in Top. § 76 : 'Coniunctus huic causarum loco ille locus est qui efficitur ex causis'; quae verba interpretando Boethius 379,15 sic incipit: 'Omnia quae ad se referuntur recte dicuntur esse coniuncta'. Similes formulae sunt 276,35 esse praedicta est. 366,23 esse praedictus est. 312.37 esse praedicti sunt. 300,42 esse dictae sunt.

379,20 necesse est ut, quae ubertas est causarum, eadem quoque sit effectorum : O, . . . ubertas sit . . . sit . : τ β π sine causa.

380,17 ex aequalibus bonis ea maxime eligenda sunt quae diuturnius perseverant : β π O, 'bonis' τ omisit, fortasse invitus.

380,24 ex quibus plura propagantur bona quis non iudicet esse meliora iis quorum est inops bonorum contractiorque fecunditas? Quis etiam bonum quod plures imitentur ut faciant ceteris quae non ita sint excellere non arbitretur?

Quod in numero constare quis nesciat, quando in numero pluralitas constat: τ, . . . imitentur ut faciant . . . Quae in numero . . . : β π O, melius; nam 'Quae' ad omnia ea quae supra exponuntur spectat maleque τ ad 'bonum' pertinere ratus definxit in 'Quod'. Sed ne sic quidem scriptura omni a parte absoluta est, sed, contra codices et editiones omnes, 'imitentur et faciant' emendandum est ex Cic. Top. § 68 : Numero sic comparabuntur, plura bona ut paucioribus bonis anteponantur, pauciora mala malis pluribus, diuturniora bona brevioribus, longe et late pervagata angustis: ex quibus plura bona propagentur quaeque plures imitentur et faciant [sic omnes codices!].

Est hoc idem scribendi error qui 281,6 (et ut) et 386,19 (et ut), ita tamen ut illic ab archetypi librario correctum esse videatur $\overset{\text{ut}}{\text{et}}$, quod posteriores librarii male interpretati sunt 'et ut' vel 'ut et', hoc mendum ex communi omnium codicum fonte in omnes translatum neque notatum sit.

380,36 Illa, quae innata atque insita sunt adsumptis et adventiciis meliora iudicantur; unde innata moribus gravitas longe amplius excellit ea quae per imitationem adfectatur: β π O, . . . longe plus excellit . . . : Parisinus iste codex, cuius quanta sit licentia Boethii defingendi satis cognovimus ex 369,45 et 373,2. ; . . . longe excellit . . . : τ sine ulla ratione. Conferas quae de 'longe' coniuncto adjectivi comparativo disserit Wölfflin : Lat. u. roman. Compar. pag. 38 sqq. 'amplius' quoniam pro 'plus' verbis qualia sunt valere invitare accusare iungunt Plautus Terentius Lucretius ex vulgari sermone adscitum esse putes.

Ceterum allitteratio duplex, qua Cicero — nam 'innata atque insita' et 'adsumptis et adventiciis' adscita sunt ex Ciceronis Top. § 69 — una in sententia utitur, hortari videtur, ut huius dicendi luminis exempla quaedam etiam ex Boethio proferamus. Et legitur apud Friedlein 198,27 fixa firmaque; in his commentariis 391,7 tot atque tantarum. 333,29 iniudicata atque incastigata 375,15 obscurato obcaecatoque. 380,19 conferri conpararique 311,20 designat ac

denotat. 311,30 et 331,10. dividit ac dispertit. 376,34 investigare atque invenire. 331,26 pereat-perimantur.

381,41 postrema sunt quae cum artificio carent non ab specie solum naturae verum etiam ab imitatione discedunt : β π O, . . . careant non specie solum n. v. etiam ab imitatione discedunt : τ, omissa prioris partis praepositione, quam dicendi licentiam vix apud omnes poetas semel vel bis invenias.

383,42 In his. quod nihil relictum sit perspicue apparet : τ, . . . quoniam nihil . . . : β π, . . . quam nihil . . . : O, egregie; nam 'quam nihil' valet wie sehr nichts, wie wenig, dass nichts. Simplicius eadem res sic exprimitur 383,29 : intellegitur nullum argumenti locum esse praeteritum.

384,16 substantiale genus species differentia causa effectus : τ β π, . . . effectum : O. (cf. 385,28 et 307,25). Item 379,23 τ β π habent 'eventibus quoque atque effectibus', O 'eventibus quoque atque effectis'.

386,13 cur aut ea quae affecta dudum vocata sunt non extrinsecus collocentur aut ea quae nunc vocantur extrinsecus non inter affecta ponantur, quaeri potest : quum praesertim ea quae adiuncta esse negotio superius diximus veluti quoddam testimonium saepe rebus afferant, quum ex eorum quae praecesserunt vel consecuta sunt signis quod gestum sit considerari soleat. Quorum omnium communis solutio est quod . . . : τ, . . . quod gestum sit c. solet. Quorum omnium communis illa solutio est quod . . . : β π, . . . quid gestum sit c. solet. Quorum omnium communis illa solutio est quod . . . : O.

387,6 Ac cetera quidem clarissime . . dicta sunt. . Sed quia auctoritatem in naturam tempusque divisit (scil. Cicero) quumque in tempore ingenium opes aetatem fortunam artem usum necessitatem . . . vocavit, quaeri potest : Quid enim attinet ad tempus ingenium? : τ, Et cetera quidem . . . . . . locavit . . . : β π O (cf. 386,10. 368,14. 40.). De 'vocare' permutato cum 'locare' diximus ad 355,25; sententia vero huius de quo agitur loci bene explanatur 387,21 : Et maximas quidem excellentesque res in natura constituit . . . At vero

quae posteriora sunt sub tempore posuit idcirco quod omnia tempori subiecta principalis boni non retinent statum.

Emendatur praeterea ex 387,6 et Ciceronis Top. § 73 (Naturae auctoritas in virtute inest maxima; e tempore autem multa sunt quae adferant auctoritatem : ingenium opes, aetas fortuna, ars usus . . .) is qui corruptus infra legitur locus 387,25 ubi 'ingenium . atque forma et ars et usus saepe non recta exercitatione depravantur' τ exhibet, β π O 'ingenium . atque fortuna et ars atque usus saepe non r. ex. depr.'

387,13 Ingenium . naturae . oportuit attribui, artem atque usum tertium quiddam, quoniam neque tempori neque naturae subiciuntur : τ β π, . . . oportuit tribui . . . : O melius, etsi ne ipsi quidem omni vitio carentem referunt hunc locum, qui ni fallor sic est constituendus : 'Ingenium . naturae . oportuit tribui, artem atque usum tertium quiddam poni quoniam neque tempori neque naturae subiciuntur.

387,15 virtus . . . quibusdam non naturalis, sed tum doctrina tum recta exercitatione vivendi videatur ascita : τ β π, . . . naturaliter . . . : O. Colligatur 276,26. 294,42. quaeque dicuntur in altera parte ad 381,24.

387,33 Opibus . praepotentes dignos fide iudicant : τ E M[4], . . praepollentes . . . : β π O (Sallust . Catil . 6,1 pollens viribus).

387,35 et iudicium in negotiis et existimatio vitae opinione hominum maxime continetur, quae quia mutari vix potest, ad eam cuncta diriget ea quae sibi tractanda regendaque proponet orator : τ β, . . . ad eam cuncta diriget eaque sibi tractanda regendaque pr. or. : π, . . . ad eam cuncta diriget eāq; sibi tractandā regendāq; pr. or. : O. Vertatur : der Redner wird sich die Aufgabe stellen sie zu bearbeiten und zu beeinflussen.

Typos curaverunt Dr. Carolus Wolf et Filius Monacenses.